ΠΑΝΤΟΠΩΛΙΟΝ,

CONTINENS OMNIVM ferme quadrupedum, auium, piſcium, ſerpentum, radicum, herbarum, ſeminum, fructuum, aromatum, metallorum, & gemmarum naturas, carmine Elegiaco per D. GEORGIVM PICTORIVM Villinganum, conſcriptum.

VNA CVM

EIVSDEM DE APIBVS, CERA, MELLE, *& alijs quæ ex iſtis conficiuntur, breuißima methodo, ex optimis authoribus collecta.*

PRAETEREA

De Dæmonum, qui ſub Lunari collimitio uerſantur, ortu, nominibus, officijs, illuſionibus, poteſtate, uaticinijs, miraculis, & quibus medijs in fugam compellantur, Iſagoge, eodem authore:

Quibus accedit

EIVSDEM DE SPECIEBVS MAGIAE CEremonialis, quam Goëtiam uocant, Epitome,

ET

An Sagæ, uel mulieres quas expiatrices nominamus, cremari debeant, reſolutio.

Cum gratia & priuil. Cæſar.

BASILEÆ.

Cl. Christiani. 1563

A. 93-8.


CORNELL UNIVERSITY.
The
President White
Library
RECEIVED 1891.

Ζωοτροφεῖον. seu leporarium, de quadrup. naturis.

Ὀρνιθῶν. Volatiliũ habẽs proprietates.

Ἰχνοτροφεῖον de uario piscium genere.

Ἑρπετῶν, serpentes describens.

Βοτανολογία, de uarijs herbis sermo.

De radicum & seminum potentia.

Granarium diuersa continens legumina.

Secundarum mensarum descriptio.

Myropolium de aromatibus.

De lacte, butyro, caseo, sale, oleo, melle & ouis.

Οἰνοπώλιον, Vinorũ, ostendens uarium prouentum.

De metallis & metallicis lapidibus.

Dactilotheca, seu de gemmis scriniũ.

De apibus, cera, melle, & quæ ex istis fiunt, methodus.

PARAENETICON AVTHORIS ad librum suum, ut domi maneat.

Cur liber ire paras procul? cur pergere gliscis
Limine de nostro? mox dolitura nimis?
Cur modò doctorum tersas lustrare coronas
Affectas? docti non tua scripta legent:
Aut si forte legent, rugosam ostendere sannam
Videbis, nasum Rhinocerontis item.
Namq; Aristarchi passim sunt, atq; Biones,
Atq; foro in omni laterat uterq; Cato.
Quo liber, à cunctis? quo despiciende laboras?
Qui piperis nigri sordida uestis eris:
Qui tineas pasces, quem te mercator ab urbe
Victum transmittet pharmaca innexa tibi.
Ergo age nunc monitus patris ambitiose libelle
Tugurium inhabita, seu patris usq; domum
Mente tenes, prouidus quàm sit tibi curta suppellex,
Atq; angusta domi uel tibi sarcinula.
Actum est ex toto de te, mihi crede, peristi,
Si linquis demens tecta paterna semel.

REVEREN-

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, AC DOMINO, domino Georgio, diuina fauente clementia, monasterij Salemschuuir abbati dignissimo, Domino & Mecœnati suo, Georgius Pictorius Villinganus, doctor medicus, & apud Cæsaream curiam Ensishemii superioris Alsatiæ Archiater, S. D.

Atonem maiorẽ, Romanum percelebrẽ scripsisse nouimus, Reuerende pater, & religionis Atlas ter maxime, optimis uiris non solùm negotij, sed & otij quàm solertem habendam obseruantiam. Et rectè. Nam hanc sententiã bracteatã ducimus, & planè sapientissimo uiro dignã. Verũ si hoc in claris optimisq; uiris palmarium habetur, atq; laudan-

dum uenit, quorum non tantum celebria patent facta, ſed dicta quoque uelut ex tripode locuta circumferuntur, cur etiam minoribus, uel imi ſubſellij uiris nõ cedro dignum habeatur, ſi prę-fatorum uirtute imitati, otium ſuum ad ingenij conferant exercitationem? maximè cum in ſingulis haberi poſsit excellẽs & fructuoſum, crebro in mẽtis animiq; uerſari honeſta agitatione. Ego igitur, Reuerende pater, quò me ex illorum cœtu tempeſtiuius eximerem, de quorum otio parum conſtat, Corinthiam quippe contemplantium Eurotam, iſtud in pomarij mei caſula, quam, ſi otiũ datur, ſummoperè in delitijs habeo, de uarijs multorum animalium, cùm

um cùm naturis, tum etiã ad rem medicam commodis, profectò non citra puluerẽ conſcripſi πανδοπώλιον. Eoq; libentius id feci, quò facilius fugerem eas moleſtias, quas plerunq; oppida inhabitantibus condonant, quæ Solo-ni Atticarum legum cõditori, & ſeptem ſapiẽtum primario, ęrumnarum domicilia uocitata legun-tur. Sed quum inter omnes qui ſcribunt uno tenore conuenit, ut nunquam, uel modicum ſuarum uigiliarũ, potiſsimùm hoc ſeculo multum naſuto, in publicum ſine patrono uel tutore prodire ſi-nant, qui eaſdem liuiduloſa eo-rum, qui in aliena toxicum ſpirãt, maledicẽtia tueatur: & uelut Her culis claua, ſi caſus dederit, aduer

ſa cõtundat. Propterea ego quo-
que pancratiaſten, omnigena uir
tute ac multijuga eruditione pa-
nopliatum eligere ſtatui, qui à
morſib. liuidulorũ hoc meũ περὶτο
πώλιον, quale quale eſt, defendat,
ac ſic tueat, ut nec ſub Aiacis cly-
peo tutius uel ſecurius conſer-
uari queat: in eamq; prouinciã, li
cet imperioſius quàm par eſt, do
minationem tuam nõ citra ratio-
nem prouoco, aut eligo potius.
Sed ratio hęc eſt, quòd indies Re
uerendus in Chriſto pater ac do-
minus, dominus Nicolaus, ab-
bas monaſterij Lucis Cellæ, do-
minus & patronus meus digniſ-
ſimus: aut, ſi uenia datur uerbis,
chariſsimus, te ſic laudibus or-
nat, optimis præconijs amplifi-
cat

cat, & in cœlum, fermè ut ſydera tangas, eleuat, eruditum te nominans: humilem in plebeios: ſedulum in ſuos anachoritas: religioſum: in dignos liberalem: nullo auaritiæ nęuo, quod crimen inter multos antiſtites ut gãgrena ſerpit, irroratum. Et ut buccis apertis eloquar, abſolutiſſimóque uerbo utar, talem te habeas inquit, qualem Euangelij tuba Paulus Apoſtolus quemuis epiſcopum depoſcit, hoc eſt, irreprehenſibilem. Eligo igitur te Reuerende pater & heros ampliſsimè, meaſq; Muſas tibi nominatim inſcribo, eas tibi dedico, & uelut Pictorij iam ignoti clyentis mnemo ſinon ſupplex ut defendas, attri-

buo: per ſacra orans, quicquid eſt eo candore animi tui, quo maximè fulges, & obuijs (quod dicitur) ulnis accipias. Tametſi hic non eſſe orandum perſuaſiſſimum habeam, quùm nouerim ſic opulentum antiſtitem, ac literatum, donationis genus chartaceum pluris facere, quàm uel Perſarum gazas, uel Arabum maximas opes. Quo facto, præbebit dominatio tua mihi occaſionẽ, ſi Muſas aliquando ꝓpitiores habeã, maiora et cõmodiora in publicũ offerẽdi. Vale Reuerẽde antiſtes, atque ea qua digniſſimus es, tam corporis quàm animi ſequũda fruere ſanitate, ut ꝓuinciæ tuę quã diutiſsimè adeſſe, & eccleſiæ Chri-

ſiæ Chriſtianę prodeſſe queas. Datum Enſisheimij ſuperioris Alſatiæ. Anno ſalutis ſeſquimilleſimo, ſexageſimo ſecundo, menſis Octobris die ſeptimo.

GEORGIVS PICTORIVS Candido Lectori, S. D.

NOn magni uendimus in noſtro Pantopolio, ſeu nūdinis noſtris uenū expoſita, Candide Lector, uilia.n. ſcruta eſſe fatemur, tunicato popello grata: quæ in hoc ſcripta eſſe nolumus, ut palmaria ducantur, uel gloriolam inde uenari quis nos ſtatuiſſe præſumat, ſed ut anxijs noſtris laboribus quietem interponeremus, à ſerijs ad leuia ſecedentes. Gentiliū Deos imitati, Iupiter enim non diphtherā perpetuò, ultionis tabulam inſpexit, ſed ſceptro poſt poſito, cum Alcumena luſit quandoq;. Et Hercules claua abiecta, in Ginetio Omphales, inter puellas acu neuit. Accipe igitur, candide Lector, hęc noſtra, grata manu. Et expungenda, nō Ariſtarchi cuſpide expunge,

punge, ſed ſpongia in nos utere molli.
Vale optime Lector perpetuò ſaluus.
Datum Enſishemij ſuperioris Al-
ſatię. Anno ſexageſimo ſecun
do, die menſis Octobris
ſeptimo.

AVTHORES EX QVIBVS omnia quæ hic continentur exscripta sunt.

A

Aegineta
Albertus magnus
Alanus
Alexand. Benedict.
Anglicus
Apuleius
Appianus
Arnoldus
Aristoteles
Aristoxenes
Athaneus
Auensoar

B

Beraldus

C

Cantalicius
Cornelius Agrip.
Columella
Constantin.
Codrus Vrceus

D

Diurius
Dioscorides

F

Fiera Baptista

G

Galenus
Grapaldus

H

Hippocrates
Hali
Hiero. Cardan.
Homerus

I

Isaac
Isidorus
Iuardus

L

Laurentius Lippius
L. Apuleius
Ludo. Cælius

M

Macrobius
Martialis
Marbodeus
Macer
M. Varro
Metrodorus
Melue

O

Oribasius
Ouidius

AVTORES.

Ouidius

P

Papinius
Palladius
Pythagoras
Plinius
Plato

R

Rhases
Rabi Moses

S

Sauonerola
Serapio
Sernitor
Seneca
Siluaticus
Solinus
Strabus

T

Theophrastus

V

Vilhel. de Con.
Varro
Vergilius
Vincentius

X

Xenocrates

FINIS.

ΣΩΟΤΡΟΦΕΙΟΝ HAEC CAPITA habet.

De homine folio	1	De Vro	12
De leone	2	De camelo	13
De leopardo	3	De tauro	14
De ceruo	4	De muribus	14
De damis	5	De equo	14
De elephante	5	De asino	15
De cameleonte	6	De mula	16
De Vrso	6	De capro	17
De taxo	7	De porco	18
De lupo	7	De cane	18
De apro	8	De talpa	19
De bubalo	8	De mustela	19
De Hiena	9	De lacerta	20
De Castore	9	De salamandra	20
De lepore	10	De formica	21
De porco	11	De crocodilo	21
De uulpe	11	De rana	21
De Lynce	12	De pulice	22
De Herice	12		

FINIS.

ΖΩΟΤΡΟΦΕΙΟΝ,

SEV LEPORARIVM QVORVNdam animalium continens naturas, ac proprietates rem medicam concernentes, per Georgium Pictorium Villinganum, uersu elegiaco conscriptum.

DE HOMINE CVIVS IMPErio, omnia quæ sequuntur uiuentia, subiacent.

Later mundus homo est, rerum quem conditor ipse — Homo paruus mundus.
Semine quadruplici condidit ecce Deus:
Illi nam fomes uiuendi est additus ingens (lus iners — Homo ex elementi.
Ignis edax, aer, lymphida, tellus
Hoc est citrinus, rubeus, candensq;, nigellus
Humor, qui uarios continet usq; locos:
Flaua etenim bilis iecur occupat, altera splenem, — Quilibet humorũ proprium locum.
Cor sanguen nutrit, phlegma crassa caput.
Sic igitur formatus homo est compagine rerum
Mira, qui uultus tendat in astra suos

Et prosit cunctis terræ uiuentibus, & quem
Ponti formident, aeris & pecora.
Verbo mea- rus homo. Sit animal rarum uerbo quod conditor ipse
Stellati saltem, condidit ecce poli
Homo cunctis Præsit. Quodq; à cœlesti demissum sustulit arce
Sensum, cunctarum quòd queat esse solers.
Vt etiam medicas in se diuinitus artes
Homo medicus. Contineat, prebens pharmaca tuta satis.
Dens hominis suspensi. Dens etenim passi pro furtis dira capistri
Collo suspensus dentibus antidotum est:
Stercus panaritium curat. Atque hominis stercus calida apostemata curat
In digitis, uultum putrida mundificat
Vrina contra morsum canis. Atque canis rabidi furiosos pellere morsus
Dicitur urina hæc, quam reddit homo:
Sanguis acceptum facit. Sanguine si modico faciem irroraueris ipsam
Gratus eris multum regibus ipse tuis.

De Leone.

Leo rex animalium. Est animus, lector, naturas scribere uersu
Brutorum, faueat si modo Calliope.
Et dum prævalidum regem patet esse leonem,
Consultum est, primas quòd leo possideat.
Hic igitur uires cunctas in pectore seruat
Quîs domitat ualidus, quæ sibi præda, feras
Ossa leonis si licis instar dura. Ossa tenet tam dura quidem quod more pyritis
Ignes eliciant impetuose uagos.
Ignem leo timet & gallũ. Et sit crudelis quamuis tamen ipse ueretur
Ignem, cristatam temporis & uolucrem

Hicq;

Hicq; solet multos saluus numerare decembres
Dentis defectu quòd bene percipitur.
Leo senescit.

Calidus in primo est succus leo certe secundo
Indomitos rictus qui tenet inde suos
Quia choleri eus ferus est.

Si illineas tumefacta feræ modo membra cruore,
Decrescit lento uel tumor iste gradu:
Sanguis tumori medetur.

Et pellem narrant aduersus fulmina tutum
Reddere, quam castus si modo se teneat,
Pellis contra fulmen.

De Leopardo.

Oritur ex pardo Lepard diraq; leæna,
Distinctam maculis qui tenet ecce cutem,
Quadrùpedes gaudent, uaria tam pelle colorum,
Animalia Leopardum amant.

Illas sed dirum territat usq; caput,
Hic trahitur uini multum dulcedine, casses
Sunt illi fortes nassica pocla quidem,
Leopardus uino gaudet.

Et quum diuersis tentantur corpora morbis,
Natura adornat pharmaca certa tibi.
Testis & hinc fœdus Leopardi menstrua causat
Testiculus dexter menses ducit.

Dexter commansus, sed madefactus aqua.
Si cerebro erucam cum lympha adiunxeris, istud
Durities sterica pro ratione sedat.
Cerebrũ matricis duriciẽ curat.

Inuida si maculet faciem lentigo decoram
Seuum daphnileo consociato feræ:
Namq; hoc unguento maculoso ex ore fugato
Leopardi seuum lentigo tollit.

Sordes, uel rugas pellere sic poteris.

De Ceruo.

De ceruis Scithicis multum si scire laborae
Quid scribant docti perlege multa solers.
Cerui luxuriosi. His tribuit magnum Veneris natura furorem
Ipsa potens, certo tempore quem faciant.
Arcturi non ante diem fit fœmina prægnans
Sic etenim rerum perdocet ordo bonus.
Cerui pullos eludunt. Abscondit partus inter fruticeta recentes
Dum fortes moueant pro ratione pedes.
Cursibus inde docet, saltu per auia mortem
Effugere, & catulos non timuisse leues
Cerui acutissimi auditus. Auribus arrectis nihil esse auritius illis
Submissisq; nihil surdius esse ferunt.
Voces hominum & fistulas amant. Humanas uoces, mirum est, quam maximè captent
Et quicquid dulci fistula ab ore canit.
Ex antris serpentes trahit. Naribus ex antro ceruus trahit atq; colubros
Dictamo infectus se medicatur item:
Ceruus sibi medicus. Et quotiens æger pernoxia gramina sumpsit
Vestitur hic Cinaræ frondibus, & reualet,
Has nec despicias, lector, ramosa medelas
Quas tibi fœlices cornua feræ querunt:
Cornua usta epilepticis prosunt. Namq; tibi morbum retegent exusta caducum
Et faciunt Natrix quòd ferè nulla manet:
Si capis hinnulei cœsi de uentre recentis
Cor uenenis medetur. Corcula, non oberunt ulla uenena tibi:
Medulla rigorem febris tollit. Deq; suis faciunt medici linimenta medullis
Optima, cum feruens corpora febris habet

Ceruino

Ceruino ex cornu cinis, en, si forte laborant
Exesi dentes rectè medetur: item
Si lumbricus edax laniat præcordia morsu
Cerui Democritus cornua danda iubet.
Et Rhases cerui uirgam dare toxica suadet
Gustato, auxilium quæ bene contribuat.
Dentibus ex paucis, uel nullis disce senectam
Quo senij signo certius esse nequit.
Si quæras uitam, nihil est uiuatius illis
Monstrat Alexandri quod tibi torquis honos.

Cinis ex cornu dentes curat.
Limatura ex cornu contra lumbri.
Virga contra uenena.
Ex dentibus senectus cognosc.
Cerui annosi sunt.

De Damis.

Et gignit timidas fœlix quoque Arabia damas
Cursus pernicis, cornibus atq; latis.
Stercus damarum caluos cum crinibus ornat,
Errigit & uirgam mox Hymeneæ tuam.
Calcaneus combustus item caua uulnera replet
Atque infœcundas gignere felle facit.

Stercus damarum caluiciem tollit.
Fel fœcundas facit.

De Elephante.

India ter magnos nutrit fœcunda Elephantos
Exiguos etiam nigra Sabea fouet.
Inter quadrupedes elephas est clara propago
Quæ uenerem admittit uel sine teste suam.
Vsq; tenet fœtum ternos in uentre decembres
Quem sine collega fundere certe solet.
Annos bis centos complet, proboscide uiuens
Vice manus, casses qua superare potest.
Decoctum carnis, mira uirtute elephantis.

Elephas in propatulo nō coit.
Triennio uitro gerit.
Annos ducentos complet.

Vulua proſcribit, fœmineas ſoboles.

Fel caducum morbum ſanat.

Naribus immiſſum fel curat rectè Elephantis
Herculeos lapſus, phœbigenumúe malum.

Stercus adalopetiam.

Stercus item pellit pherecidis fata tragœdi,
Si caput abluitur deliciosè ſatis.

Spodium ad cur.

Si molles iecoris fibros dolor angit, & iſti
Addas de ſpodio, porrigis ecce manum

De Cameleonte.

Cammeleon capit obiecti, mihi crede, colorem
Aſia quam mittit Cammeleonta feram.

Cameleontis hepar ad nigromant.

Cammeleontis hepar toſtum nigromantica pellit.
Appenſum collo, lingua iuuat grauidas.

Cor ad quartanam.

Et cor quartanam ſeruas quod uellere nigro
Cura, pes dexter ſomnia uana fugat.

De Vrſo.

Vrſus primo pon eſt fera.

Eſt male uiua caro partus quem reddidit urſa
Iam primum, linctum ſit tamen ecce fera.
Affrica mittit eos, fouet & Germania multos
Diros, ſed narrant maximè Numidicos.

Vrſæ partus omnis inſtar.

Quinq; ſimul catullos producit fœmina partu:
Qui murem paruum corpore uix ſuperant.

Somno creſcunt urſæ catuli.

Tempore quæ ſomno premuntur pignora ualde
Succreſcunt, pingues efficiuntur item:

Adeps caſum capillorum retici.

Illis ſunt adipes medicinis certe ſalubres,
Nam retinent, mirum, defluuium capitis.

Fel præcordijs ualet.

Languida ſi duro turgent præcordia morbo,
Fel benè mundificat, ſubleuat atque nimis.

Illinat

Illinat ex ſepo faciem quis redditur inde
Cordatus, Rhaſes perdocte iſtud Arabs.

De taxo.

Eſt animal taxus mordax, multumq; piloſum,
Obœſum, dirum, curta quòd crura tenens.
Hoc quod ſua tumidos renes pinguedine curat, — Taxi pingued. renes curat.
Et morſus ſanat maximè lætiferos.

De lupo.

Atque lupos Zephiri populus trãſmittit in orbem, — Lupi uiſus remed curat.
Villoſos multum, monſtra ſtupenda ſatis.
Horum nanque docẽt uiſum multum eſſe nociuum,
Quod ſpectatori guttura rauca facit.
Augurium ad dextram præbet lupus ipſe ſalubre, — Lupus ad dextrã bonus
Ad læuam dirum, terq; quaterq; malum.
Hic quoties notus mira feritate fameſcit, — Eſuriens terram commedit.
Pamphagus ex terra ſe ſaciare ſolet.
Bellua dat corium uentris quod tormina ſoluit, — Corium contra coliram.
Dat uirgam celerem quæ minuit Venerem.
Pulmo lupi tritus ſuſpiria tollit & asbma, — Pulmo pro anhelitu.
Corrupti iecoris, ſed mala tollit hepar.
Fel naribus iunctum tremuloſa membra caduci — Fel caducum erigit.
Errigit, acceptum coniugibuſq; facit.
Teſticulum dextrum mulier ſi ſumpſerit efrons. — Teſticulus mechum retificat.
Curat legitimas ſollicitare faces.
Cauda autem muſcas abigit ſub limine tecta, — Oculus dexter audacem facit.
Atq; oculus dexter non timuiſſe facit.

De Apro.

Non Macedo tot ſpumantes per inhoſpita reſqua
Mittit apros pugnax quot benè Germania
Quiq; erigunt ſetas ſimiles hoſtilibus altas
Inſtar Elephantis dentibus & dimicant.
Illis ſpuma fluit, riget illis & horrida ceruix
Atq; oculi tanquam ſydera nocte micant.
Apri cerebrũ contra uenena. Et medicas auget tam bellua dira ſalutes
Toxica nam cerebrum pellere quippe ſolet.
Contra antracem in pudibundis iecur lethargos pellit. Curat & antracem dictus qui nomine carbo
Quem modo teſticulos progenuiſſe notas:
Commeſtumq; iecur pergit uiduare ſopore
Lethargos, pulmo Bacchica pocla leuat.
Lapides ex iecore apri contra harenam. In hominis locio craſſus conuertitur humor
In ſaxum, frangit quem lapis ecce feræ:
Namq; iecur rupes animantis ſæpe uolutat
Quas bene contritas ſaxifragas recitant:
In collo duros generat natura tumores
Strumas rectè ſuo nomine quippe uocant.
Fel contra ſtrumas. Hos fel guſtatum curat, ſpleniſq; tumorem
Tollit, cancroſis uulneribusq; ualet.
Veſica lecti prohibet mictum. Si ueſica quidem commanſa uorabitur, exin
Arcetur turpis minctio ſæpe thori
Fimus contra ſang. fluxum, Si immodicus pleno manat de corpore ſanguis
Aprinum fimum ſubuenit arte cito.

De Bubalo.

Affrica dat Bubalum ſatis en feritate tremendum,
Vſibus

Vſibus eſt hominis qui modo ualde bonus.
Nam bubali uuluam narrant pepuliſſe cicutam
Epotam,& ſimum peßima damna ſciæ.

Vulua cõtra cicut. ſimus ad ſciaticam.

De Hiena.

Affrica ſpinoſam dat,quòd miremur,hienam
Quæ ſexum mutat fœmina maſq; ſimul.
Exemplar fraudis paſtoribus uſq; nephandum
Dum flet,dum ſimulat,uerba doloſa hominis.
Absq; uiri hanc,collo uilloſo,ſemine naſci
Narrant,quod renuit doctus Ariſtoteles
Vt ſibi conſtaret facilis natura,medelas
Exin monſtrauit,lector amice,bonas:
Nam datur ex oculis lapis extollendus Hienæ
Diſtinctis uenis,qui modò nocte micat.
Fatidicum numen memorant inferre gerenti
Sub lingua lotus ſi retinetur idem
Et iecoris coctum medijs ſorbere diebus
Ineulcant,febres ſi patiatur homo.
Sæpius occultus uicta coxendice morbus
Turbat,quem tollit bellua corde ſuo.
Subueniunt oculis dira caligine preßis
En latices fellis beſtia quos retinet.
Qui linguam portat calcatam pollice plantæ
Hunc catulus rabidus lædere nullus auet.

Hiena per annos ſexũ mutat.
Paſtores hiena decipit.
Ex collo naſcitur abſque ſemine.

Lapis hienæ ad quæ.

Iecoris coctũ ad febres.
Cor medetur coxendici.

Fel oculos ſanat.
Lingua cõtra canem rabioſum.

De Caſtore.

Amphibius Caſtor cupiens euadere damna
Se uiduat ſciſsis teſtibus ipſe ſuis.

Castor à castrando.

Hincq; suum captat Castor sibi nomen, & inguen
Hoc medici seruant, castoreumq; uocant.

Castoreum quid.

Dente uibrans castor truncum succidere magnum
Quippe solet, quem tunc aptat & in casulam.
Sedq; homini medicas manus hic porrigere fertur
Amphibius multum, pharmaca multa quoq;.

Castoreum contra morb. caduc.

Cum uino epotum solut quos luna fatigat
Castoreum, soluit languida membra simul.

Contra lethargum.

Est quidam morbus lethargos nomine dictus
Hunc tollit fœdum maximè castoreum:

Venenis est bezoar.

Cuncta uenena abigit cum succo Doridis, aut cum
Lacte bono exhibitum tresue duosue dies.

De Lepore.

Lepus hermophroditus.

Quodq; lepus timidus sexum permutat in annos
Dicendus uarians hermophroditus erit.

Belluis est cunctis ter maxima, crede, rapina
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

In alpibus candidi lepor.

Hicq; homini præbet multarum commoda rerum
Alpes quem mittunt candidulum leporem.

Esus leporis formosum facit.

Nam mandit carnes leporis qui mire uelocis
Formosus septem recte diebus erit.

Coagulum fœcundam facit.

Irrita coniugij sterilis si munera languent
Fac leporis uuluam quòd comedat mulier.
Sic natura potens medicamine uicta salubri
Dat fœtus lecti pignora quippe tui.

Cerebrũ densare facit.

Et teneris cerebrum gingiuis perlue gnati,
Quem dens excruciat morbifer usq; malè

Si

Si lædunt medica data purgatoria dextra
Da leporis ſanguen, qui cito ſiſtet anum. — Sanguis fluxum ſiſtit.
Doctus nodoſam qui uult curare podagram
Exhibeat leporis iuſcula cocta citi. — Decoctum podagram curat.
Sed dolor immeritum lumen fortaſſe laceßit
Pulmo feræ poterit noxia proſcribere. — Pulmo oculis prodeſt.
Lætali quæ graſſatur quartana calore
Cor tritum leporis poſtulat iſta ſibi — Cor quartanã pellit.
Aut bene Daſipodis diluta coagula morbum
Hunc tollunt medica, crede, parata manu.

De Porco.

Ruſticus eece facit bona Saturnalia porco
Inter ſpumantes qui bene paſtus apros.
Fimus porcinus nares quum ſanguine manant — Fimus porci ſang. ſiſtit.
Subuenit, in nares quem modo poſueris.

De Vulpe.

Aſtutum eſt animal uulpes, ut fallere poßit
Omne genus uolucrum ſe tegit ipſa luto
Inſidiaſq; parat, non ui, ſed fraude latenter
Ventriculum uacuum quòd ſaciare queat.
Continet & uulpes in ſe tot pharmaca, quiuis
A cauta ut cupiat morbidus æger opem.
Vulpis pulmo etenim tußim & præcordia ſanat — Pulmo uulpis contra tuſſim.
Fumo ſuſpenſus, puluerizatus item
Palladioq; liquore fera hæc decocta fit unguen — In oleo decocta uulpes unguentum.
Artheticis quod nam membra anodina facit.
Stercoris & modicum membro ſuperungito, curat — Stercus membrum eligit.

Hoc

Hoc Venerem turpem, quæ modo preſſa iacet,

Teſtes fœcundam faciunt.

Fœcundam teſtes ſterilem perficere poſſunt
Si comedat tritos fœmina quippe duos.

Femina felle ligat maritũ.

Siq; locos mulier fellis fundamine tangat
Vulpis, ueſano concoquit igne uirum.

De Lynce.

Lynces Niloti ex mammoſæ.

Lyncas mammoſas Nilotica terra tuetur
Eximij uiſus, ſed feritate malas.
Vertitur in lapidem quod ſtillat ab inguine lynces
Lymurium dicunt, ſic Theophraſtus ait

Lymurius lapis ad quid.

Affirmans ipſum ſtomachi placare dolorem
Ac uentrem fluidum ſiſtere poſſe nimis.
Ictericis etiam priſcum reuocare colorem
Et ferrum narrant ducere poſſe quoq;.

De Herice.

Per ſpinas Herix rigidus ſibi colligit eſcas,
Atq; canes fugitat ſpineus ipſe glomus.

Hericis iecur icteritiam ſanat.

Hericis ecce iecur curat quos regius angit
Commanſum morbus, curat & hydropicos.

De Vro.

Vri deſcriptio.

Multum uilloſos paſcit Germania pugnax
Et ualidos Vros, monſtra ſtupenda ſatis.
Beſtia uaſta quidem eſt Vrus, ſed cornibus uncis
Quæ nigrum hirſutam & corpus habet faciem.
Pendula præmiſſis geſtat palearia uillis,
Quîs ſtrumæ in morem guttura craſſè tument
Cornibus aduncis uenientem accurſat in hoſtem,

Et

Et iacet in cœlum corpora prenſa uagum.
Arboreos truncos,annoſaq; robora,quercum
Ventilat & uibrat cornibus ipſe ſuis.
Cornibus utuntur Zephiri qui maximè mundum — Ex cornibus pocula.
Inhabitant,menſis poccula quòd faciant.
Sæpe cibis duris reſtricta morabitur aluus — Lac uentrem ſoluit.
Quam fluidam reddit bellua lacte ſuo. — Bezoar lac eſt.
Quodq; etiam cunctis narratur cura uenenis
Vulneribusq; malis,putridis atq; nimis.

De Camelo.

Mittunt enormem Nabathæi certe Camelum
Pro ſella in dorſo tubera qui retinet
Qui niſi turbatas lymphas bibit arte camelus — Camelus turbat aquas.
Et ſuffert luces quatuor uſq; ſitim.
Luſtra quidem bis dena facit ſi forte Camelus — Centum complet annos Camel.
Dicitur hic uitam continuaſſe ſuam.
Abſcondit furtiua Venus quæ facta patrare — Non palam coit.
Præcipit,& Veneris ſpurcida caſtra fugit.
Morbum qui currit dubiæ per tempora lunæ — Pingued. educ. erigit.
Beſtia cum pingui mutilat ecce ſuo.
Siq; fluat nimium ſtillantis impetus alui — Fluxui dens medetur.
Dens tritus curat,noxia fata feræ.
Commoda captantur multum de lacte Cameli — Lac deopilat hepar.
Nam reſerat clauſum,credite mihi,iecur.
Et ſi fortè nimis reſtricta morabitur aluus — Aluum impeditam ſoluit urina.
Vrinam guſtes quam fera curua dedit.

De

De Tauro.

Qui Aegyptũ inhabitant.
Et qui ſepteno laubentem flumine Nilum
Inhabitant, Tauro numen ineſſe putant

Taurus Oſiris
Nomine quod patrio genti uocatur Oſiris
Quod primus tauro ſollicitauit humum.

Aetas tauri.
Bis duo luſtra quidem, non plures conterit annos
Fortior eſt quinto, plusq; laboris habet.

Apoſtrophe ad naturam.
Quis neget hic ualidam, quis non natura beatam?
Ex tauro tribuis quæ bona tanta uidi?

Cornu ſerpẽt. fugat.
Cornu taurinum ſerpentes pellere fertur
Exuſtum, pellit noxia quæq; nimis.

Fel oculis confert.
Balſama cum fellis permixta cauere malignos
Viſus per lanam quàm bene rectificant.

Sanguis podag. iuuat.
Sanguis taurinus ſiccatus lumine Phœbi
Mulcet perductus noxia magna pedum.

Vrina ad morſum ſerpent.
Siq; fariſſæa ſerpens te foderit haſta
Vrina taurus uulnera tollit atrox.

De Muribus.

In Oriente mures maximi.
Inſtar uulpis habet mures Fœcundus Eous
Omnes qui lædunt pernicitate feras.

Si nimium quemquàm reſtricta morabitur aluus
Per pultem muris ſtercora quippe leuant:

Muris decoctum urinam commouet.
Aut ſi ueſicæ tardus cunctabitur humor
Mus coctus uino terq; quaterq; iuuat.

De Equo.

In Ponto optimi equi.
Propter equos primas retinet plaga pontica ſortes
Indomitos poſt hanc, Barbara Zona tenet

Indomitos,

Indomitos, fortes, pulchros, hos recte caballos
Dicas qui ſtrepitus pertimuiſſe negant.
Qui fluuio ignoto ſeſe committere primi
Non horrent, qui ignem naribus eijciunt
Argutumq; caput quibus eſt, & pinguia terga
Ardua uel ceruix, uel breue corpus habent
Denſa iuba, & dextro iactata recumbit in armo
Vel quibus euibrant lumina magna duo.
Turbatas diligit, ſed claras calce ſubinde
Turbat equus lymphas, limpida tarde bibit.
Annoſi effecti dentes acquirere narrant
Candidulos, uiuunt ſeptuaginta hiemes.
Atq; agiles redduntur equi, ſi forte lupato
Vſq; lupi dentes iunxeris ecce duos.
Amiſſos dominos narrant luxiſſe caballos
Dictator Cæſar, uel probat id Macedo:
Necq; tamen credas Phœbum uidiſſe caballos
Immitem, oſtendam commoda nunc medica.
Compeſcunt igitur diluta coagula morbos
Et diſſynthericos, cœliacosq; ſimul.
Enectus fœtus proſcribunt ſtercora, matris
De ſtera, atq; molas, tormina fœminea.

Equi qui optimi.

Verba ſenis Maronis.

Equus limpida alio habet.

Vt agiles reddantur equi.

Qui equi dominos ſuos luxerint.

Equi coagula ad Achinther.

Mortuos fœtus ſtercus eiudit.

De Aſino.

Pœnurias ſuffert & uerbera tardus aſellus
Semper & eſt ſanus, frigore ni pereat.
Archadicos Græci iactant quòd ferre labores
Præcipuos ualeant, longius atq; degant

Frigus ledit aſinum.

Archadici diutius uiuũt.

Luſtra

Asini ætas.

Lustra quidem uiuens sex complet surdus asellus
Annum sed Ponto uiuere posse negant:
Nec natura potens uult nos nescire labores
Quos homini condit pandus asellus item

Caro asini lepram emendat.

Inuida nam macula faciem si lepra decoram
Multum tunc confert en caro mansa feræ:

Lotium calculum frangit.

Atq; iecur tostum redimit de morte caducos
Et lotium epotum saxifragum referunt:

Stercus sang. sistit.

Si fuerit multo naris completa cruore
Fluxum compescunt stercora sicca asini.

Pellis cunas tuetur.

Infantum cunas pellis uillosa defendit
Horrificosq; metus pellit & ista simul.

Sang. linctus Febres proscrib.

Vt possis dirum febris proscribere damnum
Aesclapius sanguen lingere certe iubet

Lac tenesm. & urin. lentig.

Lac iuuat incoctum pulti, sumptumq; tenesmon
Ac urina feræ lentiginosa rapit.

De Mula.

Fert equa per surdum mulos, si credis, asellum
Præcipuos pascit Phrigia quos facilis.
Mula parit nunquam, sed Ponti natio mittit
Fœcundas, quæ simul Cappadocum regio

Aetas muli.

Bis quater undenos mulum complere decembres
Narrant, & Græcos constabulasse senem.
Auxiliatrices mulus nec impedit artes

Corium sordida abstergit.

Ex corio tritum sordida namq; iuuat

Vngula sterilos facit.

Et unguis rasum mulier si sumpserit, inde
Irrita coniugij munera, crede, feret

Vngula

Vngula si fumat mures de uilla coercet
Atq; eadem turpem curat alopetiam.

Et mures abigit.

De Capra.

Capra gerit setas quam dat Germania, Sicla
Lanosam profert uitibus atq; malam.
Capram si tangat furioso cuspide serpens
Pulegio manso se medicare solet
Quæ Frigidam Zonam spectat septemúe triones,
Dum Venerem tractat, mascula dat genere.
Auster quam tangit Veneris dum munera curat
Fœtus progignit fœmineos pariter
Eurus dat capras undenos rite Decembres
Complentes, octo sed bene Germania
Anhelitusq; trahunt nostrates auribus, ore
Non tantum, Febri nulla carere potest.
Est animal surdum, sed pharmaca tuta ministrat
Namq; hepar exectum noctilopas abigit.
Cornu ustum capræ dentes bene purgat ab omni
Sorde, quidem fumus curat alopetiam.
De capra dulcis compressi copia lactis,
Hyblæos morsus uincere certe potest,
Immodicus naso manat si sanguinis imber
Pilos caprinos continerasse iuuat
Prodest interno cum uiscere tinea serpens
Diuexat, turpis ungula facta cinis
Errigit & pellis confestim scabra caducos
Quos capræ sternunt iuscula cocta hepatis.

Sicilia lanosas capras habet.
Capra pulegio gaudet.
Ventus septent. masculos.
Auster fœminas parit.
Aetas caprarum.
Per aures anhelant capræ.
Hepar capræ ad quid.
Cornum ad quæ.
Caseus caprinus contra ictus apum.
Ad sanguinis fluxum.
Cinis ex ungula.
Pellis caduc. erigit quos hepar sternit.

De Porco.

Porcus ſpurius.

In cœno porcus uiuit quòd ſordidus inde
Dicitur, & fœdus, ſpurius atq; uagus.

Sexta pars cibi in ſetas.

Quem deuorat uictum pro ſexta parte uenire
Narrant in petas, ſanguinis atq; alimen.

Viginti porcellos unico partu.

Porcam bis denos iunctim progignere partus
Poſſe quidem fama eſt ſpermatis ob copiam.

Aetas porci.

Aetatem iuſtam complens trieterica uiuit
Quinq;, uelut ſcribit doctus Ariſtoteles.

Mas quum ſollicitat Veneris certamine porcam
Aures ſi pendent, appetit illa uirum.

Porci ſanguis mundificat.

In porco multas, mihi credas, eſſe medelas
Namq; cruor mundat uulnera lætifera

Si calceus pedem leſit pulmo.

Pulmo prodeſt læſit corium ſi forte pedeſtrem
Atq; adipes curant pectoris alta loca.

Stercus porci ſang. ſiſtit.

Non pudeat luteæ ſtercus producere porcæ
Si naſus ſudat ſanguineus laticem.

De Cane.

Non tam laudatur doctis fabuloſus Hydaſpes
Quam celerem cantant in Helicone canem.

Dat celeres Anglus, magnos dat Gnoſia terra
Sparta quidem nigros, India dat graciles.

Velocis plantæ cunctos agitare trementes
Et lepores, ceruos, capreoloſq; leues.

Omnibus his ſcribunt natura ineſſe catellis

Canis Lyſimachi cum domino cõbuſtus.

Quod dominos redament terq; quaterq; ſuos.
Lyſimachi regis doce t id leuis iſte catellus

Cum

Cum domino acceptans magna pericla pyræ.
Aeſonidis docet id fidus, mihi crede, Melampus
Ammiſſo domino ueſcere qui noluit.
Bithiniæ regis memoratur & Aſbalus atris
Villis. Sabini concathenatus item.
Et fama eſt uomitus primo induxiſſe catellos
Curam, quum gramen commederat catulus.
Latratus abigit canis & dens uſq; catelli
Ac uerbena quidem, recta ſed in corio
Exutero excludit partus lac atq; catelli,
Hauſtum, ſed ſanguen membra caduca iuuat.
Vulnus atrox rabidi ſi te canis inficit ægre,
Marrubium coctum bezoar ecce dabit.
Atq; hederæ ſuccus quæ truncos implicat altos,
Siue mices ponti, cum ſale candidudulo.

Aſbalus ſemper cum domino fuit.
Euomere docuerunt canes.
Dens & uerbena in calceo.
Lac diureticum eſt.
Aduerſus canis morſum.

De Talpa.

Aſt oculis captæ fodiſſe cubilia Talpæ
Sub terris gaudent, ſed mage proboſcide.
Lumbricis terræ ueſcuntur, noxia pratis
Damna, & uillaticis cura, laborq; grauis
In cinerem combuſta fera hæc, ac illita cœca
Oui cum liquido, curat & iſta lepram.
Caluiciem tollit cruor & ſuper illitus, atq;
Caluam proſcribunt ſtercora alopetiam.

Talpa incinerata contra lepram.
Stercus medorum alopetiæ.

De Muſtela.

Prælongum murem Muſtelam dixeris eſſe
Qui uirus fundit maximè lætiferum.

Mustela medica.

Hanc medicam ueteres dixerunt namq; fideles
Pullos enectos uiuere certe facit

Rutæ usum docuit.

Ostenditq; simul uenenosa expellere posse
Mirificè rutam si bene mansa foret,
Nam comedit rutam quum uult certare solerter
Cum Dypsis melius sic gerere arma potest,

Mustelæ ore concipiunt, & auribus pariant.

Mustelas dicunt oris concipere rictu.
Auribus & partus mirificosq; dare
Sed quis cuncta uelit per cribrum credere dicta?
Multi multa quidem dicere quippe solent.

Pelle propria ictus quos fecit curat.

Pellem mustelæ narrant curare salubrem
Ictus quos truces intulit ipsa fera
Mustelæq; cinis, seu fusus sanguis ab illa
Certe Elephanta ponunt addito daphnileo.

De Lacerta.

Arabia longas habet lacertas.

Et uirides rigida occultant spineta lacertas
Quas creat in longum nigra Sabæa nimis,

Sang. Lacertæ uisum clarif.

Bestiolæ sanguis uisum caligine læsum
Rectificat, stercus sed iuuat albuginem.

De Salamandra.

Salamandra ignem extinguit.

Est Salamandra potens, nullis obnoxia flammis
Bestia Vulcanum quæ uelut unda domat

Aspectu poma lædit in arbore.

Hæc retinet uires tantas quòd poma tenella
Arboris aspectu lædere quippe ualet

Visus psillotrum est.

Est & psillotrum, capitisue nouacula, crines
Lumine conuellens tam Salamandra mala,

Cum cantharid. lepræ me-

Si feceris unguen salamandræ sanguine factum

Nocticolis

Nocticolis mixtum, pellit ab ore lepram.

De Formica.

Dum calor est & pulchra dies formica laborat
Ne pereat dum nix uenerit alta fame.
Victu ergo fruitur cum iam capricornus in axem
Vergit, cum residens esurit agricola.
Nidus formicæ steram bene mundat ab omni — Matricem mundificat.
Sorde, quidem steram tina uel inde lenit.
Oua indefessam Venerem producere possunt — Oua formicæ Venerem augent.
Graniferæ, possunt mansa iuuare uirum.

De Crocodilo.

Ad fluuium qui septeno modo flumine Nilum
Lambit agros crescit iam Crocodilus item
Quadrupes est animal fugienti maximè dirum — Fugientem fugat.
Estq; renitenti bestia ualde fugax.
Hoc timet in terris multum genus omne ferarum
Hocq; timet Ponto quicquid ubiq; latet.
Namq; dies terram colit, & pernoctat in undis
Singula deuastans maxima pernicies.
Oua parit penso uelut anser, Stincus at istud — Stincus crocodilum necat.
Ingrediens, rictu pernecat indomitum.
Oruo proscribunt Crocodilis spicula plures
Conducit plures herbula uetonica.

De Rana.

Atq; coaxantes libet hic describere ranas — Rana vatis.
Certum futuri temporis indicium.
Namq; paludosa clamans ex arbore uoce

Imbrem prædicit pro ratione ſatis.
Continet hæc homini tenuis beſtiola quædam
Pro fructu multum pharmaca confinia.
Contra dentium dolores. Exeſos dentes etenim ſi fortè quæraris
Lingnæ decoctum ſit tibi collutio.
Contra tuſſim. Fremabisq; grauem facili medicamine tuſſim
Decoctum ranæ ſi calidum dederis.
Contra arteticam. Inq; oleo macerata diu quum beſtia mirthi
Articulos curat quos dolor altus habet.
Ad ſacrum ignem. Eſt etiam morbi ſpecies quæ dicitur ignis
Rana hanc proſcindit dum ſuper eſt poſita.
Contra pediculi. Suſpenſa & pellit Pherecidis fata tragedi
Contre uerones. Ac uermem in digito ſpermata tetra leuant.

De Pulice.

Fœmina quæq; timet metuendi pulicis arma
Nam ſolet in teneram trudere ſpicla cutem.
Contra pulices remedia. Illius & morſus tollunt abſinthia cocta
Feruida uis ruthæ uel oleandra ſimul.

OPNI-

ΟΡΝΙΘΩΝ SEV AVIA-rium hæc capita habet.

De Aquila fol. 24
De Pauone 24
De Phasiano 24
De Cygno 25
De Phenice 25
De Accipetre 25
De Perdice 36
De Anſere 26
De Anate 26
De Ciconia 26
De Veſpertilione 27
De Paſſere 27
De Cothurnice 27
De Turture 28
De Hyrundine 28
De Miluo 28
De Capone 28
De Palumbo 29
De Bubone 29
De Vulture 29
De Turdo 29
De Vppupa 30
De Columba 30
De Gallo gallin. 30
De Grue 30
De Coruo 30
De Merulo 31
De Ficedula 31
De Mergo 31
De Luſcinia 31
De Pſitaco 31
De Alauda 31
De Sturno 32
De Cornice 32
De Grillo 32
De Araneo 32

De Aquila.

Aquila auiũ prima.

Inter aues primas fulgens tenet aquila, dicunt
Nam Iouis hanc uolucrem, tum Iouis armigerum

Aquila ſola poteſt radios ſpectare nitentes
Phœbi, nec frangunt lumina clara oculos.

Aquilam non tangit fulmẽ.

Solam hanc non tangunt cœleſtia fulmina topho
Nec grando excellens damna referre poteſt,
Non ætate perit nec magna iniuria uictus
Interimit, roſtrum ſed necat hanc uolucrem.

Aechitis uirtus ex Marbodæo.

Hic petit extremis Iouis armiger optimus oris
Gemmam, qua ſeruat pignora quæq; ſua.
Creditur iſte lapis prægnantibus auxiliari
Neu uel abortiuos gignere certe quæant.
Ac elargiri credunt hunc ſobrietatem
Et multum acceptos reddere poſſe uiros.

De Pauone.

Argus pennas pictas dedit.

Aſciuit pennas ales Iunonia pictas
Tempore quo triſtos uictus Ariſtorides.
Antonius laudat cerebrum, Vitellius atq;
Aulus pauonis, ſed Clepatra quoq;.

Pennæ alcuzet tollunt den Krampff.

Ex pennis paui connectas ſi modo ſertum
Alcuzet tollis ſic bene de pedibus.

De Phaſiano.

Phaſidis en quondam gratus dicebar alumnus
Nunc me Germanus, Gallus & ipſe nouit.

Stomachum confortat.

Nam gratum ſtomacho narrant me certe guloſi
Qui menſas fugio ruſtica turba tuas.

De

De Cycgno.

Candidulam uolucrem Lædæum certe maritum.
Vallerius Marcus carmine ſic cecinit
Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cicgnus funeris ipſe ſui.
Cycgnus in auſpicijs ſemper gratißimus ales,
Hinc Veneri & Phœbo dicitur eſſe ſacer.
Cum ſeuit penitis hærens iniuria lumbis,
Veſicam expurgat tam benè manſus holor.

Martialis.

Veſicam expurgat cycgnus.

De Phenice.

Phœnicem ſcripſit Sophocleo carmine raram:
Vt ſequitur multum Naſo poeta bonus.
Vna eſt quæ reparat ſeque ipſa reſeminat ales,
Aſſyrij Phœnica uocant, non fruge nec herbis.
Sed Lachrymis thuris, & ſucco uiuit amomi:
Hæc ubi quinq; ſuæ compleuit ſecula uitæ.
Illicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ,
Vnguibus ac duro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias & Nardi leuis ariſtas,
Quaſſáq; cum fulua ſubſtrauit cinama mirrha,
Se ſuper imponit, finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem quæ uiuere debeat annos,
Corpore de primo uolucrem phœnica renaſci.

Transform. lib. 15.

Thure uiuit phœnix.

De Accipitre.

Eſt auis accipiter prædo quæ uiuit in omnes,
Cindelis uolucres, unguibus iſta ualet.
Accipitris roſeum ſi coniungatur oliuam,

Accipitris decoctum ad matricem.

Decocto ſtericas daricias ſolidat.

De Perdice.

Perdix ſodomitica luxurioſa.

Huc etiam numeranda uenit Sodomitica perdix.
Quæ uolucris fertur luxurioſa nimis.
Et regum lautas quæ exornat maxime cœnas,
Vel menſas molles Sardana pauliticas.

Voce mariti audita concipit.

Fœmina ſi perdix uocem audit certe mariti
Concipit & profert luxurioſa feras.

Caſirati perdix uires recipiunt.

Hæc igitur cunctis bona dat medicamina perdix,
Teſticulos caſum quîs uiduaſſe notas.

De Anſere.

Anſer palmipes.

Arcis Romanæ ſeruatur candidus anſer,
Inter palmipedes connumeratur aues
Plumiferos mittit multos Germania pugnax,
Inter qui portant ſigna trophea bonos.

Pinguedo tumorē curat.

Anſeris & pinguen medicans natura tumori,
Addit, quem curat dexteritate ſua.

Ad aures.

Cumq; nimis teneras dolor ingens ſauciat aures,
Anſeris infundes pinguia rectè tuis.

De anate.

Sic Martialis.

Stercore gaudet anas pedibus quæ flumina tranat,
De qua ſic ſcribunt appophoreta quoq;.
Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum,
Ac ceruice placet, cætera redde coco.

De Ciconia.

Garrula quum tignis nidum ſuſpendit hyrundo,
Aduentum oſtendens, ecce pelargus adeſt.

Aegyptus

Aegyptus quondam monuit quem numinis effrons, Ciconia pro deo uenerata
Instar tractandum religione sua.
Saltem quod pascens serpente ciconia pullos,
Mundarit terram quam bene Niloticam.
Est eadem ueræ pietatis maxima cultrix, Ciconia pietatis exemplar.
Dum sibi maiores rectè educasse studet.
Ex hac si feceris limpham mediante marito, Si ex hac per ignem aqua fiat.
Cypriginæ,uisus clarificare potest.

De Vespertilione.

Est uolucris simulat tremulis quæ pellibus alas,
Et lactat pullos uberibusq; suis.
Psillotrum referunt istam dare posse cruore, Sanguis Psillotrum est.
Et gratum quemuis reddere principibus.

De Passere.

Passeris immodicus uitam decurtat amatam, Passer uix annum cõplet.
Luxus,quem passer continuare solet.
Namq; suum cursum Titan uix complet in axe,
Desicit en passer,commoriturq; salax.
Passeris & cerebrum languentem rectè Priapum, Cerebrũ Veneré excitat.
Errigit,atq; facit sollicitare femur.

De Coturnice.

Aduena laudatur iam, olim damnata Coturnix.
Vox nomen,pretium,cui dat & ipse sapor.
Si capreis adipes,& coturnicibus auget, Veratrum ea preos & coturn. saginat.
Quod ueratrum comedunt,has modo pertimeas. Coturnix nociua.
Offendit sensus celeres nam mansa cothurnix,
Inuisa & uentri est,febribus atq; gradus.

De Tur-

De Turture.

Raucos ex ulmo gemitus dat turtur, amico,
Coniuge priuatus, limpida neque bibit.
Sibi medetur helxine. Hanc si forte dolor uolucrem uiolauerit atrox,
Helxine proscribit maxima damna sua.
Turtur incineratus Fuxũ sistit. Si fluxus uentrem nimium infestauerit ingens,
Turtur combustus terq; quaterq; iuuat.
Sanguis oculis prodest. Atque oculos lippos curat cum sanguine turtur,
Seu quis noctilopam sic releuare potest.

De Hyrundine.

Quin Zephiri spirant, omnis uestitur & arbor,
Garrula tunc Progne nidificare solet.
Ad q̃æ Chelidonius lapis Et Chelidonium lapidem tunc præbet hyrundo.
Herculeum morbum qui medicare potest.
Cõtra febres. Appensus collo febres & pellere fertur,
Qui facit acceptum regibus ecce suis.

De Miluo.

Miluus famẽ prædicit. Nuncius est famis frequens cum cernitur ales,
Quæ dicta est prædo Miluius ecce rapax.
Miluus cuculum amat. Hæc uolucris fertur sibi gratum habere cucullum.
Quem fessum portet scapulis ecce suis.

De capone.

Capus ablectorium parit. Et capus est gallus qui testibus est uiduatus,
Quem uetulum gemmam reddere posse ferunt,
Quæ faciat certe inuictum quemcunque gerentem,
Sed auro includi ratio quippe monet.

De

De Palumbo.

Bis paret in anno ſaltem torquata palumbes,
Quæ uolucrum fertur caſtior eſſe cibus.
Aſt dolor immenſus lumen ſi forte laceßit,
Certè palumbinus tunc ualet ipſe cruor.
Stercus auis locij fertur ſuccurrere morbis,
Et ſcrophas tumidas pellere poſſe quoq;.

Palumbes bis ſaltem parit.
Cruor palũbus ad oculos.
Stercus urinam elicit & ſcroph. pellit.

De Bubone.

Ignauus Bubo dirum mortalibus omen,
Nam diræ mortis nuntius eſſe ſolet.
Fœdaq; ſic uolucris uenturi eſt nuntia luctus,
Stercoribus uiuit, fœtidis atq; cibis.

Bubo peſtem nunciat.

De uulture.

Vulturis & miram naturam dicere poſſum,
Dum genus hoc marem non peperiſſe patet.
Hanc uolucrem narrant luces tres noſce cadauer,
Venturum, olfactum tam niget hæc uolucris.
Ictus ſerpentis curat cor uulturis atri:
Acceptum reddit regibus atque iecur.
Et licet uſq; adeo uultur ſit, crede, deformis
Toxicis aſt cunctis pharmaciare ſolet.

Vultur nõ parit marem.
Vultur cadauer expectat.
Contra morſus ſerpentis.
Veneris eſt bezaar.

De Turdo.

Inter aues turdo primi debentur honores,
Pingui, quem redolens bacca cibaſſe patet.
Stercora ſed pannum uultus poſuiſſe fatentur,
Turdi, & morphæam ſponte iuuare ſolent.

Stercora pannum emendant.

De Vpu-

De Vppupa.

Vppupa de merda nidum sibi construit arte,
In spacio fœdum temporis ipsa breui.

Penna de uppupa contra sodam.

Pinnula de uolucris capite & proscribere fertur,
Morbum quem sodam dicere recte potes.

Cancro medetur.

Hanc deplumatam si cancro adiunxeris ingens,
Auxilium præbes, pellit & ascarides.

Lingua memoriam auget.

Alitis & linguam collo qui gesserit, istum,
commemorem reddit, reddit & ingenium.

De Columba.

Stomach. cholerice nocet.

Et stomacho ignito multum nocet ecce columba:
Poplitibusq; ægris, in iuuenis fuerit.

De Gallo Gallinateo.

Galli calcar dat uictoriã.

Vincere si tentas hostiles marte cruento,
Ictus, sit galli calcar in æde tua.

Crista lecti mictum inhibet.

Qui patrios fœdat commingens strenue lectos,
Alitis hic cristam mandere certe potest.

Sanguis fluxum fistit.

Sanguinis & uis est siccati sistere fluxum,
De naso, Rhases sed bene laudat atrum.

De Grue.

Grus pro elbo non utilis.

Grus cum pigmeis certet deseratq; culinas,
In se namq; tenet fercula nulla gulæ.

De coruo.

Pes corui tussim sedat.

Alipedem ceruum ter uincit coruus in annis,
Pes corui dexetr fit medicina grauis.
Si collo infantis suspendas quem modo tussis,
Perturbat, talem namq; sedare potest.

Oua quidem corui canos peruertere possunt, Ad quæ oua corui.
In nigros, uentrem sed cohibere putant.
Cætera blandiri dicar ne forte silebo,
Sit satis ad uolucres hanc numerasse feram.

De merulo.

Est pingui merulo maior mihi gloria credas,
Quam turdo, carnem nam tenet ipse leuem.

De Ficedula.

Ficedulas siue quòd uescantur dulcibus uuis, Nisi ad garritum ficedula.
Et aptæ resonent stridula uoce melos.

De Mergo.

Mergus anas dictus, quòd se mergendo cibare,
Consueuit, pisces quum deuorare studet.
Psillotrum est Mergi fel, pilos namq; molestos, Mergus psillotrum & caput purgium.
Tollit, sed fœdum purgat idemq; caput.

De Luscinia.

Artis contextum cantat Luscinia pernox: Luscinia cantrix.
Sit igitur cantrix regibus ipsa suis.

De Psitaco.

Psittacus ille plagæ uiridis regnator poæ,
Condidicit per se dicere Cæsar aue.

De Alauda.

Naturam calidam retinet præpinguis alauda,
Quæ leuis est stomacho, gratior atq; cibus. Alauda ventrem stringit decoctum.
Durior aluus erit si sit commansa uolucris,
Quam soluunt uolucris iuscula cocta cito.

De Stur-

De Sturno.

Auditas didicit ſturnus modo reddere uoces,
Igniti & nocui ſed, mihi crede, cibi eſt.

De Coruo.

Et coruus neſcit magnatum uiſere cœnas,
In cruce nam quærit prandia lauta ſibi.

De Cornice.

Quæq; refert cornix iterata uocabula nigra,
Nec faciat raucam carnibus ecce gulam.

De Grillo.

Grillus retrograd.

Retrogradus grillus per noctem ſtridere totam,
Non ceſſat, cunctis certe moleſta fera.

Grillus contra calculum remed.

Grillus in calido potatus parce Lyeo.
Thophum renalem frangere quippe potcſt.

Quartanis medetur.

A collo pendens quartanis poſſe mederi,
Fama eſt, & ſtrumas tollere beſtiolam.

De Araneo.

Quæ laxos tigicis ſuſpendit aranea caſſes,
Atque ex ſe fingit fila ſuperba nimis.
Hæc licet intantum ſit pernicioſa ueneno,
Pœonias dotes dat tamen iſta quoq;.

Stamina ſanguinem ſiſtunt.

Stamina nam ſiſtunt fluxum de uulnere factum.
Et ſaniem pellunt uulneris ipſa ſimul.

IXNO-

ΙΧΝΟΤΡΟΦΕΙΟΝ HAEC CAPI-

ta habet.

De Piſcibus 34
De Abrene 34
De Mena 34
De Aſtura 34
De Bocchara 34
De Balena 34
De Cetis 34
De Congro 34
De Delphino 35
De Echinei 35
De Phoca 35
De Gobio 35
De Loligine 35
De Locuſta 35
De Lucio 35
De Megari 35
De Mugile 35
De Murice 36
De Murena 36
De Mulo 36
De Porco 36
De Rhombo 36
De Vrtica 36
De Echino 36
De Polypo 36
De Atilo 36
De Salmone 37
De Scauro 37
De Spinachia 37
De Sturione 37
De Stella 37
De Trebio 37
De Anguilla 37
De Acipenſere 37
De Cancris 37
De Aurata 38
De Ranis 38
De Oſtreis 38
De Limace 38
De Vitulo 38
De Silure 38
De Salmone 38
De Perca 38
De Lucerna 38
De Oculata 39
De Eſoce 39
De Lampreta 39
De Crocodilo 39

IXNOTPOΦEION, HOC EST, Piſcium uiuarium, miras piſcium continens naturas.

De Piſcibus.

NEmo maris poterit quam Protheus ſcribere piſces,
Hinc ſaltem paucos cõmemoraſſe libet.

De Abrene piſce.

Abren. conceptum ſi fert in corpore fœtum,
Hunc ſabuli tollit frictio facta cito.

De Mena.

Hic piſcis tantum pelagi perfundier undis,
Gaudet, nec ſuffert aeris iſte plagas.

De Aſtura.

Aſturam ex ſpuma uernalia tempora præbent
Ponti, phœbeos contremit hic radios.

De Bachora.

Bachoram piſcem lapides infringere poſſe
Narrant, per dentes quos tenet hic ualidos.

De Balena.

Iugeris immenſi Balenam creſcere conſtat,
In longum, fundunt quem Gaditana uada

De Cetis.

Aequant ſex centum, ſcribit quòd Plinius author,
Vſq; pedes longo grandia cete ſuo.

De Congro.

Conger pingueſcit ſi uentos ſenſerit eſſe
Magnos,

Magnos, hic hyemis tempore non capitur.

De Delphino.

Cantus Delphinos mulcet dulcedine cunctos,
Qui natos luctant flaccidis uberibus.

De Echineí.

In medijs Echineis item retinere carinas
Piſciculus poterit, ſeſquipedalis aquis.

De Phoca.

Pinnas ſomniferas phocam retinere fatentur,
Sic quod ſuppoſitæ ſomnia tuta gerant.

De Gobio.

Candidus eſt gobius maculis diſtinctus & atris,
Atq; inter cunctos ueſcitur hic ſabulo.

De Loligine.

Loliginem natura quidem uirtute potentem
Effecit, uolitet, fluctuet utq; ſimul.

De Locuſta marina.

Bis binos nibitos retinet locuſta marina,
Ore coit, quod ſenex ablegat exuuium.

De Lucio.

Omniuorax piſcis lupus eſt agilisq; tyrannus,
Qui piſces omnes dilaniaſſe cupit.

De Megarí.

Et megaris uolitat ſuper undas luce ſerena,
Sed megaris uates noxius omnes adeſt.

De Mugile.

Quum caput occultat totum ſe maxime tectum,

Esse putat mugil fœmina uirq; simul.

De Murice.

Et mittit pelagus piscem qui nomine murix
Dicitur, hic tingit candida cum rubeo.

De Murena.

Fluctuat in Siculo pernix murena profundo,
Bis senos partus quæ generare solet.

De Mulo.

Est mulus quondam dictus Barbatulus, at nunc
Romani Triglam non uocitasse timent.

De Porco marino.

Oceani porcus per spinas reddere uirus,
Vsq; potest, porci quod bene felle ponis.

De Rhombo.

Bellica cum caluo seruiret Roma Neroni,
Est Rhombus captus maximus in pelago.

De Vrtica.

Vrit tangentis manus ac urtica dolenter,
Vt facit eiusdem nominis herba quidem.

De Echino.

Arctat & in globum sese spinosus echinus,
Quem gratum reddit nigra culina coco.

De Polypo.

Mutat ad obiectum sese mihi crede colorem,
Versatilis Polypus, qui tabe conficitur.

De Atilo.

Atilus est piscis Latius quem reddere Padus

Fertur,

Fertur, tam grandis quem niſi plaustra uehant.

De Salmone.

Salmo quidem in ſtagno nequaquam uiuere poteſt,
Confeſtim moritur ni moueantur aquæ.

De Scauro.

Solus inter piſces magnos ruminaſſe probatur
Scaurus, quem fundunt uel Tiberina uada.

De Spinachia.

Paruus & informis dictus ſpinachia piſcis,
Qui modo ſerrata pelle uenuſtat ebur.

De Sturione.

In ſtagnis uiuit Sturio rariſsimè diu,
Hunc auſter clarus rectè cibare ſolet.

De Stella marina.

Stellam ſed pelagi contacta adurere narrant,
Ob uim tam calidam quam tenet iſta fera.

De Trebio.

Conſtruit & nidos ex alga Trebius, in quos
Oua parit, carnes poſsidet & rubeas.

De Anguilla.

Anguillas arctant Erycinæ gaudia nunquam,
Ex putrido hæc creſcit beſtia namque luto.

De Accipenſere.

Regum turritas accipenſer uiſerat ædes,
Quondam, nunc illi gratia nulla datur.

De Cancris.

Octipedes cancri pingueſcunt uere, ſed iſti

Plus ſapiunt nocti Cynthia quum rutilat.

De Aurata.

Eſſe quidem auratam dixit non Sergius omnem
Laudandam, ſed quam concha lucrina cibat.

De Ranis.

Atq; coaxantes libet hic adſcribere ranas,
Certum futuri temporis indicium.

De Oſtreis.

Oſtrea Circæo laudabat capta profundo,
Sergius immenſæ uappula, crede, gulæ.

De Limace.

Fuluius Hirpinus limacis ponere teſtas,
Lentorem & docuit, muſcula quæq; ſimul.

De Vitulo marino.

Exornat uitulus magnatum prandia ponti,
Qui retinet primas maxime ſomniferas.

De Siluro.

Atq; ſilurus efrons in Mœno quippe tyrannus
Graſſatur, piſces pinnulis interimens.

De Salmone.

Salmo Aquitanæus præfertur piſcibus orbis,
Multum qui rutilat uiſcere puniceo.

De Perca.

Nec te delicias menſarum parca ſilebo,
Quæ loricato cortice tuta natas.

De Lucerna.

Lucernam noctu per linguam reddere poſſe,

Narrant

Narrant authores lumina clara quidem.

De Oculata.

Lacte oculata quidem si sit potata recenter,
Delicias mensæ tradere quippe solet.

De Esoce.

Esox quippe ualet multum septembribus horis,
Quem piscem durum nigra culina fugit.

De Lampreta.

A petra lampreta quidem dixere priores,
Hanc etenim petras lambere rectè iuuat.

De Crocodilo.

Ad fluuium qui septeno modo flumine nidum,
Lambit agros, crescit tam crocodilus iners.

ΛΕΡΝΗ ΚΑΚΩΝ, VARIA PES-
simorum serpentium continens gene-
ra, ut sequitur.

De Amphisebena Fol. 41
De Aspide 41
De Cenchri 41
De Ceraste 41
De Colubre 41
De Dracone 41
De Hæmorrhoide 41
De Natrice 41
De Iaculo 42
De Nepa 42
De Prestero 42
De Padera 42
De Stellione 42
De Basiliſco 42
De Sepe 42
De Scorpione 43
De Situla 43
De Taranta 43
De Boa 43

ΛΕΡΝΗ ΚΑΚΩΝ, VARIA peſsimorum continens ſerpentum genera.

De Serpente Amphiſebena.

EST grauis in geminum ſurgens caput Amphi-
Serpẽs qui uiſci pernecat & ſibilo. (ſebena

De Aſpide.

Aſpidis & morſu læſum dormire fatentur
In mortem, antidotum nec ualuiſſe ferunt.

De Cenchri.

Plurimis ecce notis uariatam cernere Cenchrim
Qui cupit, hic Calabris regna ſubire poteſt.

De Ceraſte.

Crinalem attollunt ſquamæ ſtridore Ceraſten
Bis gemino cornu, quo capit hæc uolucres.

Coluber.

Auribus exuuium confert ſinuoſi colubri
Ex oleo læſis, quod ponit arte ſua.

De Dracone.

Serpunt aurato nitidi fulgore dracones
Africa quos ardens parturit exitio.

De Hæmorrohoide.

Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo
Magnanimo, fluxu ſanguinis & perijt.

De Natrice.

Natrix humorem circa uitalia fundit
Lætiferum, puræ qui uiolatur aquæ.

De Iaculo.

Insidias & arboribus sua præda uenantur
Serpentes iaculi, qui celebres uolitant.

De Nepa.

Nepa quidem in Veneris mutilat caput ecce mariti
Actu, sed partu dißilit ipsa quoq;.

De Prestero.

Oraq; distendens auidus fumantia prester
Inficit, ut læsus tumida membra gerat.

De Padera.

Anhelitum tantum serpens necat ipse paderus,
Inficit & spattam qua iacnlatus erit.

De Stellione.

Stellio quo non est animal truculentius orbis
In hominem, infligit uulnera dira nimis.

De Basiliſco.

Rex est serpentum Basiliscus, quem modo uincunt
Mustelæ insultus, sæuaq; bella feræ.
Lernæum uermem Basiliscum fœda Cyrene
Producit cunctis maximè perniciem.
Et nasci ex ouo galli, si credere fas est,
Decrepiti, in fimo, sole nitente, docent.
Sed quoniam olfactu lædit, nisuq; ferarum
Omne genus, credas, nulla tenere bona.

De Sepe.

Ossaq; dissoluit cum corpore tabificus seps,
Hic hiemis calidus frigora nulla timet.

De Scorpione.

Horrendum est animal, sed scorpius ecce uenenum
Obliquo mittit uulnere semper idem.
Ex ouis nasci docti rerumq; periti
Narrant complures tam mala damna ferae.
Quidam per cancros, dum chelas dempseris, aiunt
Progigni, Naso id carmine certe docet.
Concaua littorei si demas brachia cancri,
Scorpius exibit, caudaq; minabitur unca.
Et quamuis multum sit pernecabilis ictus
Bestia quam fixit, dat tamen ista bona.
Scorpio nam tristis potatus Palladis imbre
Mirificè linctu sabula dira domat.
Et cum uulnus atrox incußit scorpius ipse
Tundatur, positus uulnera namq; leuat.
Necnon fœniculo calidum annectatur acetum
Aut uiuum sulphur, nam bene mundificant.
Caseus aptus erit simæ de lacte capellæ
Vel cerebrum galli, Galbana uel polium.

Contra ictus Scorpionis remedia.

De Situla.

Situla paruus item serpens sputamine lædit
Et sensus tollit, tollit itemq; motum.

De Taranta.

In uita lædit nullum taranta crudelis
Post mortem serpens sed uiolentus erit.

De Boa.

Boa quidem est serpens quem tellus Itala nutrit,
Hunc bubulum plures lac enutrire docent.

De Cardone benedicta 45
De Marrubio 45
De Portulaca 45
De Absinthio 45
De Eruca 45
De Aneto 46
De Menta 46
De Ruta 46
De Lactuca 46
De Spinachia 46
De Cante 47
De Capparibus 47
De Borragine 47
De Saluia 47
De Sanſuco 47
De Serpillo 48
De Bethonica 48
De Plantag. maiore fol. 48
De Plantag. minore fol. 48
De Appio 48
De Malua 49
De Sabina 49
De Porro 49
De Abrotano 49
De Pulegio 49
De Nepeta 50
De Portulaca 50
De Cerifolio 50
De Artemiſia 50
De Bugloſſa 51
De Origano 51
De Atriplice 51
De Verbena 51
De Muliere 51

BOTANOLOGIA, HOC EST, de multarum herbarum uiribus, ſermo.

De Cardone Benedicto.

CArdinam monſtraſſe ferũt dia numina plantã
Subleuet ut raptim corpora feſſa lue.
Hæc reparat quoniam proſtratum certe calorem,
Vim digeſtiuam nec minus illa iuuat.
Et ſubito confert illis quos calculus angit,
Prouocat urinam ſi minus illa fluit.

De Marrubio.

Marrubij uarios compeſcit potio morbos
Pectoris, hoc tußim ſanat & aſmaticos,
Accelerat partus duros, pellitq; ſecundas
Et iuuat ictericos, uulnera mundificat.

De Portulaca.

Pœonias artes ſi uis negligere, ſpernas
Andrachnen ſtomacho quæ ſolet eſſe mala.
Feruorem ſolis tamen hæc comeſta nocere
Non ſinit æſtiuum, Plinius ut docuit.

De Abſinthio.

Conſtat terribiles abſinthia poſſe dolores
Pellere citrinos ſi bene manſa forent.
Atq; iuuant ſtomachum mira uirtute ſolutum,
Anginam pellunt, faſtidiumq; leuant.

De Eruca.

Si condituris cocus hanc admiſceat herbam
Erucam,

Erucam, magnum præstat aroma cibis.
In Venerem lentos roborat quæ certe priapos,
Quæ tussim pellit, quàm bene cocta cito.

De Aneto.

Assiduè bibitum uisum necat & genitale
Claudit iter, uentrem seu nocuisse uolunt.
Vlcera sed fertur membri curare uirilis,
Et dare quòd nutrix munera lactis habet.

De Menta.

Vim calidam sacramq; gradu fert menta secundo
Quam stomachus languens optat adesse sibi.
Et quam concretum lac soluere dicimus omne
In mammis duris si superimposita est.

De Ruta.

Ruta quidem occultum fertur resecare uenenum
Quod Mithridates Ponticus esse docet.
Hæc neruos schiasimq; iuuat, febribusq; medetur
Et confert luscis maximè luminibus.

De Lactuca.

Vtilis est stomacho lactuca, remollit & aluum
Candidulum ac semen somnia uana lenit.
Tempore quum uernat, uel quum modo Syrius ardet
Gratior est eadem, sed Venus inde perit.

De Spinachia.

Spinachiam comedas mollem, sed proijce primum
Ius, stomacho poterit sic minus esse mala.
Hæc lenit in primis multum præcordia dura

Et fert clamoſis commoda pleuriticis.

De Caule.

Caulis Romana, Græcorum Braſsica lingua
Dicitur hæc uentris poſſe lenire moram.
Atq; omnes narrant caligine lumina tergi
Eius qui caulis comedit ecce comas.

De Cappare.

Capparis & folio, flore & lactare palatum
Dicitur, & ſplenem poſſe iuuare cito.
Atq; iecur clauſum ualeat reſerare potenter
Veſicæ & patulas reddere poſſe uias.

De Boragine.

Herbula quam Græci dixerunt Melliſophilon
Boraginem noſtri dentibus antidotum eſt.
Lumina purgari caligine Plinius inquit
Illius ſucco, perlita ſi fuerint.

De Saluia.

Saluia miſcetur uino, potata querelis
Prodeſt ſic iecoris, menſtrua ſicq; lenit.
Trita uenenatos iuuat & ſuperaddita morſus;
Eſtq; ſalus tremulis ſaluia poplitibus.

De Sanſuco.

Exornat quoq; ſanſucus perfectè culinas
Herba quidem mollis, ſed bene grata cibis.
Quæ tumidis reſerat multum ſpiracula uentis
Hanc cui ſit matrix ægra puella colat.

De

De Serpillo.

Serpillum miſcere cibis languentibus eſt mos,
Compeſcit uentris tormina namq; mala.
Aegroti capitis ſolet & ſedare dolores,
Vrinas ducit, menſtrua purgat item.

De Bethonica.

Bethonica immodicum uentris ſedare dolorem
Dicitur, à cœna ſi modo ſumpta fuit.
Plinius hanc inquit qui ſecum geſſerit herbam,
Illi nec poterunt ulla uenena dari.

De Plantag. maiore.

Perſiccat plantago nimis caua uulnera maior
Ventriculum fluidum reprimit, iſte quoq;
Hic iuuat aſmaticos multum iuuat atq; caducos
Manſa quidem hydropicos curat & hic tumidos.

De Plantag. minore.

Febres ſi ſuccum biberis plantaginis huius,
Proſcribes longas, Plinius ut cecinit.
Quod iuxta nares uel lumina naſcitur ulcus,
Hoc narrant iſtam pellere poſſe cito.

De Appio.

Eſt appium dictum quòd apex hanc ferre ſolebat
Victoris plantam quando triumphus erat.
Virtutis calidæ ſiccæ quoq; dicitur eſſe,
Hinc releuat mammas illita turgidulas.
Sedat feruorem hæc ſtomachi, pellitq; tumorem
Prouocat urinas plantula manſa cito.

De

De Malua.

Flos maluæ coctus per mulſam, uulnera ſanat
Sic ſcrophas etiam, ſic quoq; duricies.
Diſſoluit raptim ſic appoſtemata malua,
Morſus peſtiferos herbula ſicq; lenit.

De Sabina.

Et iuuat anthracas Sabinæ feruida uirtus
Menſtrua deducens trita ſuperpoſita.
Cerotis permixta cutem facit eſſe nitentem,
Vertiginem tollit, uulnera purgat item.

De Porro.

In multis cauſis fertur medicamine porri
Hippocrates uſus nobilis iſte ſenex.
Iſtius ſuccum dedit ipſis namq; bibendum
Quos hæmopthoicos Attica lingua uocat.
Contractas uuluas ſucco curauit eodem
Tuſſiculas magnas, tuſſiculasq; leues.

De Abrotano.

Nec minus abrotani promptum eſt mirarier altam
Stirpem quam farctor, ruſticus atq; nouit.
Pæoneis quoniam prodeſt miſcere medelis
Hanc herbam, menſes quæ reuocare poteſt.
Febribus ac obſtat quæ mixto ſumitur amne,
Quæ tot uirtutes quot tenet ipſa comas.

De Pulegio.

Pulei uires celeri comprendere uerſu
Non datur, hæc totidem commoda quippe parat.

Nam potu & fotu ſtomachum, mihi crede, morãtem
Puleium ſoluit, menſtrua ſoluit item.
Pota quidem tardas hæc extrahit herba ſecundas,
Humores groſſos extenuat eadem.

De Nepeta.

Herbam quam Neptam uulgari more uocamus,
Hanc Calamintha uocat Græcia docta quidem.
Sicca calenſq; illi uis eſt, & tertius illi
Eſt in utroq; gradus, ſed lenit aſmaticos.
Purgat & ictericos cum uitio mitigat hauſta,
Hæc iecoris morbos tollit & hæc Venerem.
Compeſcit ſtomachi cum baccho ſumpta dolorem,
De domibus uermes pellit & iſta quoq;.

De Portulaca.

Portulaca quidem quæ frigida dicitur eſſe
Cauſonem tollit, dentis & hæmodiam.
Manſa uel hauſta poteſt nimium reſtringere fluxum
Sanguinis, aut uentris plantula craſſa quoq;.

De Cærifolio.

Eſt cærifolio uis acris & ignea ualde,
Quod tritum cancris melle medetur eſum.
Hoc mulſa bibitum pituitæ noxia ſoluit
Lumbricos enecat, ſed necat & tineas.

De Artemiſia.

Artemim narrant primo inueniſſe Dianam
Herbam quæ purgat menſtrua cocta cito.
Vrinam potata ciet, lapidesq; repellit,

Pellit

Pellit abortiuum ſubdita fœmoribus.

De Attriplice.

Attriplicem dicunt ſacris modo poſſe mederi
Ignibus, ictericis rectificare iecur.
Atq; ſuperpoſitam diram ſedare podagram
Narrant, ac aluum ſoluere poſſe cito.

De Bugloſſa.

Lingua bouis Graio ſermone bugloſſa uocatur,
Hæc choleram rubeam pellere certe ſolet.
Cardiacum choleræ quem fecit copia nigræ
Subleuat hæc miris plantula quippe malis.
Humores noxios pulmonis detrahit hauſta,
Vim memorem roborat perdita temporibus.

De Origano.

Origani uires calidæ ſiccæq; leguntur
Quod iuuat ictericos, quod iuuat hydropicos.
Cum mulſa bibitum choleram deponere nigram
Dicunt, & menſes ducere poſſe quoq;.

De Verbena.

Verbena herba recens uulnus ſuperaddita curat,
Quæ tepefacta quidem faucibus addit opem.
Hac etiam quæuis putredo repellitur oris
Viſcera confortat, Plinius ut cecinit.

De herba quadam amara, quæ dicitur mulier rixoſa.

Herbarum uires deſcripſit carmine Macer,
Ac dotes herbis dixit ineſſe bonas.

Omnibus ast utilem tacuit si procul ab hortis
Plantetur, uel agris, procul & à domibus.
Hanc, lector, credas mulierem nomine dicunt
Vipperea lingua, uipperijsq; labris.
Radicem fert ipsa nigram, quæ fœtet ut hircus,
Quæq; assam fœdam uincit odore malo.
Candicat, & folio uitta dum toruè tuetur,
Et florem profert terq; quaterq; nigrum.
Fructus dat toruos, & peßima semina talis
Quæ possunt multis damna referre bonis.
Vt sunt coniunctos odio disiungere fratres
Lingua seu truci findere amicitias.
Et facere inuisos genitori garrula natos
Acuere & dentes semper in excidium.
Spargere gliscentes rixas, milleq; nocendi
Fraudes, atq; dolos spargere uippereos.
Sextus huic herbæ legitur gradus esse caloris
Septimus in sicco, toxica sic superat.
Erruere ex terra hanc magni est, mihi crede, laboris
Atq; uirum cordis postulat istud opus.
Hæc etenim claua saltem, seu fuste, flagello
Baccillo aut trunco est effodienda tibi.
Irriguum petit ipsa locum quo crescere poßit,
Aut quod plantari cum ratione queat.
Hunc igitur Rheni non ripas occupet isthæc,
Sed medium, sacco uel mediante bono.
Alsa potetur, potetur Danubioq;

Proferæ

Proferat ut florem plantula recte ſuum.
Hanc tibi deſcripſi, uiridem ut floreſcere in horto
Permittas nunquam lector amice tuo.

RADICVM ET SEMINUM elenchus.

De Raphano 54
De Rapa 54
De Cepis 54
De Allio 54
De Rheubarbarico 54
De Rheupontica 55
De ſemine Vrticæ 55
De ſemine Naſturtij 55
De ſemine Papaueris 55
De ſemine Cumini 56
De ſemine Feniculi 56
De ſemine Aniſi 56
De ſemine Coriandri 56
De ſemine Papaueris 56
De ſemine Sinapi 56
De baccis Iuniperis 57
De baccis Lauri 57

DE MIRA RADICVM ET seminum potentia.

De Raphano.

Raphanus in dẽtes, caput, et bona lumina ſeuit
Atq; hinc uentriculus nauſeat aſſiduè.
Hic facit ac olidos uentos mihi credito bombos,
Eſtq; potens uirus pellere lætiferum.

De Rapa.

Rapa quidem calida eſt, & corpus reddere poteſt
Obœſum, fœlix humiditate ſua.
Aſt uentus bombos ſi tu uitare laboras,
Adpones rapis pinguia iura tuis.

De Cepis.

Fellitis non eſſe bonas ait ipſe Galenus
Cæpas, phlegmaticis ſed bene proficuas.
Affirmant omnes manſas inferre ſoporem,
Et tremulis membris reddere poſſe robur.

De Allio.

Allia qui mane ieiuno ſumpſerit ore,
Hunc infecta nequit lædere limpha quidem.
Pulmonis uarias coctum cum lacte querelas
Proſcribit, tumidos & iuuat hydropicos.
Betæ radicem comedas ſuper igne peruſtam,
Non animam reddent allia ſumpta grauem.

De Rheubarbarico.

Eſt rheubarbaricum radix precioſior auro,
Quæ purgat choleram, phlegmata craſſa quoq;.

Hanc

Hanc hepatis uitam rerum dixere periti
Quòd iuuet ictericos, quòd iuuet hydropicos.

De Rheuponti.

Rheuponti est calidumq; gradu siccumq; secundo,
Quod confortandi uim tenet ecce bonam.
Est hæc leptomeris radix, quæ uulnera sanat,
Naris compescit rheumata sanguinea.
Atq; hæmoptonis, quæ confert asmata curans,
Et splenem tumidum, mollit & ipsa iecur.

DE SEMINVM VIRtute.

De semine Vrticæ.

Vrticæ semen cholicis cum melle medetur,
Tussiculam ueterem curat & omnigenam.
Ventriculi inflati tollit, mihi crede, tumorem,
Pulmonis frigus corrigit atq; nocens.

De semine Nasturtij.

Dicunt feruentes quòd habent nasturtia uires,
Fortius ast feruet seminis ipse uigor.
Istud cum tepida contritum pondere drachmæ,
Et bibitum uentris soluere uincla solet.

De semine Papaueris.

Vim gelidam narrant siccamq; papaueris esse,
Hinc quoq; somniferum dixeris esse quidem.
Aspera si fuerit uocalis reddita uena,
Hanc mulcent raptim spermata myconij.

De semine Cumini.

Obseruat sanus campestria grana cumini,
Nam stomachum & lumbos fortificare queunt.
Atq; remollitum subducere certe lapillum
Vrinæ poterunt, trita sed exhibita.

De semine Feniculi.

Et maratri semen fœtæ cum lacte capellæ
Absumptum, uentris turgida quæq; leuat.
Cunctantisq; moras dissoluere protinus alui
Fertur, & elumbis comminuit lapidem.

De semine Anisi.

Et facit anisi semen si caumate languet
Cor sanum, mansum pellit & illiacam.
Cum uino tepido compescit tormina uentris,
Hoc guttur raucum comprobat atq; nimis.

De Coriandro.

Frigida uis multum coriandri dicitur esse
A cœna sumptum conuenit ecce satis.
Xenocrates scripsit totidem cessare diebus
Menstrua, quot mulier antea grana uorat.

De Papauere.

Semen cum uino bibitumq; papaueris albi
Dicitur hoc fluxus stringere posse malos.
Somnum dat facilem semen, compescit iniquam
Tussim, sed lædit turgidulos oculos.

De semine Sinapi.

Examit sensus, purgat quoq; flegma sinapis

Ster-

Sternutamentis si modo iuncta fuit.
Semina Pythagoras inter quæ maxima dixit,
Extulit hæc multum, dummodo parcè sumas.

De Iuniperi baccis.

Iuniperus baccas profert tutißima cunctis
Pharmaca, gustarunt toxica quiue uirus.

De Lauri baccis.

Menstrua subducunt, lapidemq; epota resoluunt
Fructus laurini, pectora mundificant.

GRANARII INDEX.

De Faba	57	De Oriza	58
De Cicere	57	De Milijs	58
De Lente	57	De Auena	58
De Lupino	57	De Spelta	58

De Faba.

HVmorem crassum fabis progignere constat,
Has fuge si placidæ somnia noctis amas.

De Cicere.

Cortice postposito cicer en iecur atq; lienem,
Vesicam & referat, sed facit hoc Venerem.

De Lente.

Datq; melancholicos tibi lens, mihi crede, liquores,
Et neruos duros reddere quippe potest.

De Lupino.

Lumbricis mors est, pleno iecori atq; lupinus,

Sed præſentis opis renibus eſſe ſolet.

De Oriza.

Candida ſi iungas ſtudiosè, & amygdala lacti,
Ad menſam lautam tunc & oriza facit.

De Milijs.

Atq; melancholicos faciunt in corpore rores,
Vendicat hæc uilis ſed ſibi ruſticitas.

De Auena.

Scribit Oribaſius Iuliani Cæſaris altus
Author, ut auenas qui male uiuit edat.

De Spelta.

Speltam Romani, Zeam dixere Pelaſgi.
Hæc alicam gratam porrigit artocopo.

SECVNDARVM MENSARVM Elenchus.

De Malis 59
De Piris 59
De Perſicis 59
De Prunis dam. 59
De Prunis 59
De Ceraſis 58
De Ficu 59
De Cydonijs 59
De Auellana 60
De Arbutis 60
De Sorbis 60
De Neſpilis 60
De Cydonijs 60
De nuce Pinea 60
De nuce cõmuni 60
De Caſtanea 60
De malis Punicis 60
De uuis 60
De uua paſſa 60
De prunis Syluest. fol. 61
De Pomis Nerancijs 61

DE SECVNDARVM MENsarum ornatu.

De Malis.

COrda iuuãt flammis agitata, at noxia uentri,
Mala quidem neruis uel nocuiſſe patet.

De Piris.

Et uacuum uentrem aſtringunt modo pira repletũ,
Soluunt, illiacam ſed peperiſſe ualent.

De Perſicis.

Perſica ſicca tenent uentrem, quem mollia ſoluunt,
Ardenti ſtomacho ſunt bene fida eadem.

De Prunis Damaſcen.

Prunaq; conueniunt quæ mittit clara Damaſcus,
Namq; ſolent duri ſoluere uentris onus.

De Prunis.

Aſtrictum ſoluunt aluum, ſed pruna repoſcunt
Prandia prima quidem, dum calor eſſe ſolet.

De Ceraſis.

Acria confortant ſtomachum, ſi ſole peruſta
Ceraſa, Lucullus quæ intulit Italiæ.

De Ficu.

Si noua ſit ficus, nocua eſt. nam fluxibus apta
Narratur, ſiccæ ni ſociata nuci eſt.

De Cydoniis.

Ad finem menſæ confecta cydonia proſunt.
Nam ſtomachi claudunt clauſtra benigna tui.

De Auel-

De Auellana.

Pontica nux capiti nocet & tardißima uentri eſt,
Maximè quæ umbroſis naſcitur in corilis.

De Arbutis, Sorbis, Neſpilis.

Arbuta, ſorba tenent, lapidoſa & meſpila uentres,
Si uacuus ſtomachus ſumpſerit illa ſimul.

De Cydoniis.

Cum tibi Cecropio confecta cydonia melle
Ponuntur, uentrem claudere certe queunt.

De Nuce pinea.

Inteſtina fouet, neruis rubeoq; lapillo
Subuenit, & Veneri pinea grata deæ eſt.

De Nuce communi.

Nux caput obtũdit, linguã conuulnerat, & nux
Pulmonem lædit, ſed uirus omne necat.

De Caſtanea.

In caput & uentres caſtanea fertur echino,
Tecta ſuperbire hæc, nam calet ipſa nimis.

De Malis punicis.

Acribus eſt gelidus, ferueſcens dulcibus humor,
Dulcia guſtantem peruomuiſſe uolunt.

De Vuis.

Quam nigram guſtes, quæ tibi gratior, uuam
Neu úe inflet ſoles ſit remorata duos.

De Vua paſſa.

Paſſa iecur roborat, facit & quod fœtida uentris
Merda, tibi nimium non graue pondus erit.

De Pru-

De Prunis ſylueſt.

Frigida ſunt uomitumq; tenent ſylueſtria pruna,
Multum condenſant ubera longa quoque.

De Pomis Nerancijs.

Omnibus ecce Nerantia ſunt gratißima odore,
Dulcia confortant, pectoribusq; fauent.

MYROPOLII CONTENTA.

De Cinnamomo 61
De Pipere 61
De Croco 62
De Zingibere 62
De nuce Muſca. 62
De Garioph. 62
De Lacte 63
De Butiro 63
De Caſeo 63
De eodem 63
De eodem 63
De Sale 63
De Oleo oliu. 63
De melle 64
De Ouis 64
De ouis tremul. 64

De Cinna-

MYROPOLIVM.

De Cynnamomo.

Cinama iactat Arabs multũ redolentia, namq;
Et iecur & renes, putreq; pectus alunt.
Tædia matricis tollunt, tremulosq; lacertos
Confortant, uentrem & roborare queunt.

De Pipere.

Est calidum in quarto siccum piper atque secundo,
Quod neruos siccat, phlegmata quodq; trahit.
Quodq; acuit stomachũ algentẽ quod tormina uen
Tollit, sed caueas si tibi bilis inest. (tris

De Croco.

Si mala sunt capita segnes turbantia somnos,
Dant rubei flores pharmaca magna croci.
Atq; croco gaudet uenter, seu tristia corda
Hocq; ede si uisus expetis assiduos.

De Zingibere.

Ignitum stomacho algenti fit zingiber ingens
Antidotum, siccat phlegmata crassa simul.
Hoc odisse Venus potuit, sed soluere uentrem
Vsq; solet, condit zingiber atque dapes.

De Nuce Muscata.

Glandes muscatas fert India certè rubentes,
Vesica his patula est, has fluidus aluus amat,
Et stomacho, iecori, uiciato spleni, & ocellis
Subueniunt glandes, & caput ecce iuuant.

De Ga-

De Gariophilis.

Dejectum ſtomachum reparāt gariophila multum,
Aethiopis donat quæ tibi larga manus.
Hæc bene calfaciunt præcordia, tormina uentris,
Excludunt flatus quum male uulua tumet.

De Lacte.

Lac nocuum capiti eſt, putridis & febribus, iſtud
Sed præſtat capræ, poſt ouis, inde bouis.

De Butiro.

Lac dabit aerei tibi condimenta butiri,
Quod facit ut ſapiant fercula cuncta tibi.

De Caſeo.

Caſeus ante cibum confert ſi defluat aluus,
Si conſtringatur, terminet ille dapes.

De eodem.

Caſeus ad fundum ſtomachi bene fercula trudit.
Vim digeſtiuam nec minus ille iuuat.

De eodem.

Si nouus impinguat, ſiccat uetus, attamen ambo
Et capiti & ſtomacho, pectoribuſq; nocent.

De eodem.

Si ſtomachus languet, uel ſi minus appetit ille,
Fit gratus ſtomacho, conciliatq; dapes.

De Sale.

Exornat regum menſas ſal, cætera uincit
Condimenta, cibos ſal facit eſſe bonos.

De oleo Oliuarum.

Abſq; oleo lactuca quidem condita ſaporem

Inſipidum

Insipidum præbet, mollit & hoc stomachum.

De Melle.

Pectoribus, stomacho frigenti aptißima mella.
Flaua quidem, ut narrant, sunt magis apta gulæ.

De Ouis.

Bauonerolæ isti uersus sunt.

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri,
Quòd bona sunt oua paruula, longa, noua.

De Ouis tremulis.

Mollia pectus alunt, tußim sedantia raucam.
At durata time, nec diuturna placent.

ΟΕΝΟΠΟΛΙΟΝ ΕΑ CONtinet.

Quæ uirtus sit uino Fol. 65
Vinum quod optimum 65
De Vino albo 65
De Vino forti 65
De Musto 65
De Aqua 65
De dulci uino 65
De Vino roris marini 65
De uino Borraginato 66
De uino Ennulato fol. 66
De uino ex Hisopo fol. 66
De uino saluiato 66
Canon de uinis 66

DE VA-

DE VARIIS VINI generibus.

Quæ uirtus sit uino.

COrda iuuant uini calices, subitamq; reportat
Lætitiam, uinum si moderate bibas.

Vinum quod optimum.

Si tibi delectum uini præscribere tentas,
Subrubeos primas, crede, tenere, cados.

De Vino albo.

Hinc albo palmam tribuunt, sed maximè claro
Aetatis mediæ, nam noua musta nocent.

De Vino forti.

Fortia disturbant nimiumq; furentia uina
Sensus, corrumpunt uentriculumq; bonum.

De Musto.

Impedit urinam mustum, uel stercora uentris,
Hepatis amphraxim destruit atq; bonam.

De Aqua.

Potus aquæ lædit uentrem, facit atq; cruores
Crudos, sic princeps Corduba quem genuit.

De dulcis uino.

Sunt nutritiua plus dulcia candida uina,
Sed iecur obturant, non bene tuta gulæ.

De uino roris Marini.

Phthisicis antidotum est uinum de rore marino.
Confortat uisum, cuncta uenena fugat.

De Vino Boraginato.

Dat tibi Borrago uinum quod curat amantes,
Cardiacam tollit, lætitiamq; facit.

De Vino Enulato.

Si bibitur mouet urinas ex enula Bacchus,
Tussim compescit, pectoribusq; ualet.

De uino ex Hissopo.

Ex hisopo latices pacientibus ecce catharrum,
Proscribunt, pectus mundificare queunt.

De uino Saluiato.

Saluia cum uino iecoris potata querelis
Prodest, & purgat menstrua sola nimis.

Canon de uinis.

Ex herbis uinum caput ad, post fercula gustes,
Ad iecur & renes, uenter inanis amat.

METALLORVM INDEX.

De Auro	67	De Antimonio	70
De Argento	67	De Sulphure	71
De Argēti scoria	67	De Sale	71
De Argēto uiuo	68	De Sale armon.	71
De Plumbo	68	De Alumine	72
De Stanno	69	De Calce	72
De ferro	69	De Tutia	72
De Scoria ferri	69	De Vitro	73
De ære cremato	70	De Vitriolo	73
De Chalibe	70	De Terra signat	73
De Aere	70		

DE ME-

DE METALLIS.

De Auro.

SEx numerant fluuios docti, si uera fatemur,
Aurum qui fundunt per sua uada citi.
Hispanus Tagus est, Pactolus & Asius, Hebrus
Trax, quod Padus latius, Gange Sabea tumet.
Quos omnes uincit pugnax Germania Rheno,
Fertilior fundit qui modo dona sua.
Quidam formicis tribuunt ex India tantum
Inuentum, Arctois uel mage Gryphis opus.
Ast non curandum est tribuat quis Iuppiter aurum,
Commoda si noueris quæ tibi ferre potest.
Aurum igitur melancholicis medicabitur arte,
Atq; elephantiasin tollere certe nouit.
Cum gelida si porrigitur sedare tremorem
Dicitur hoc cordis. purgat & ora olida.
Sanguinis infecti notas cohibere fatemur,
Et fœdam capitis pellere alopetiam.
Frontem aurum tristem fuluum mihi crede serenat,
Et ditat fœdos, dissipat atque bonos.
Est hospes aurum magno uenerandus honore,
Quo duce non notus nobilis esse potest.
Quo duce fit Dauus Chremes, & Birria Simo,
Quo duce Thersites uel Ganimedes erit.

De Argento.

Auro uicinas argentum continet album
Partes, quod fundit Dedala terra iugis.

Argentum narrat, genuit quem Corduba princeps,
In frigido & ſicco prima tenere loca.
Nec medicas horrere manus, ſi ſumpſeris ore,
Namq; ſitim pellat, deijciatq; famem.
Et tremuli ardores cordis proſcribere docet,
Is princeps multum frigiditate ſua.
Erudiat homines ſola ut pecunia regnet,
Et quod paupertas uincere nulla queat.

De Argenti ſcoria.

Vulnera quæ caua ſunt argenti ſcoria replet,
Atq; cutis maculas, pruriginemq; leuat.
Vlcera matricis curat, uirgæq; uirilis,
Vnguentis fuerit ſi modo iuncta ſuis.

De Argento uiuo.

Eſt uiuum argentum mobile ut Cyllenius ales,
Hinc ſibi Mercurij nomen ineſſe putant.
Quartus hinc gradus eſt calidi madidiq; nigoris,
Hoc latitat terræ foßile uiſceribus.
Iſtud quippe necat potantes more ueneni,
Copia ſed lactis congregat antidotum.
Extinctum pellit Pherecidis fata tragœdi,
Et mures calidis pultibus impoſitum.
Argentum uiuum cinis aut ſputamina tundunt,
Et ſcabiem tollit per linimenta ſua.

De Plumbo.

Argenti nitidi ſcaturit qua uena metallo,
Hac plumbum foſſor dirripit arte ſua.

Infrigidare gradu primo, humectare ſecundo,
Plumbum deſcribit maximè Serapio.
Lamina de plumbo lumbis ſuperaddita utriſq;
Compeſcit Veneris turgida damna cito.
Et ſacrum mammis cum ſucco Palladis ignem,
Sanguinis & fluxum tollere certè poteſt.
Hoc pellit uirus fertur quo læſus Orion,
Quod dederat lunæ damna pudicitiæ.
Et lacerant anum turpes ſi forte papillæ
Vſq; bonam plumbi uis tibi reddit opem.

De Stanno.

Stanni ſiccæ gradu uis eſt & frigida primo,
Quod latet in terræ maximè uiſceribus.
Hoc tritum cotis medio collyria lippis
Præbet, uulnificos curat & ictus item.

De Ferro.

Quando lien tumido circumligat ilia nimbo,
Ignito ferro uina ſopita iuuant.
Quum colon inuiſum morbi genus intima lædit,
Scobs ferri cauſas tollere quippe nouit.
Puluis & ingeſtus cum pauco nectaris albi,
Confortat ſtomachum, turgidulumq; iecur

De Scoria ferri.

Tertius à medicis gradus eſt tibi ſcoria ferri,
In ſicco aſcriptus, tertius in calido.
Suffitu poteris quæ tu retinere rubentes
Fluxus, & nigram ſollicitare bilem.

Cum sanies teneras fœtens perterritat aues,
Scoria uino acri consociata iuuat.

De Aere cremato.

Aeraq; Pœonias fugiunt nec clara medelas,
Vstulata etenim uulnera mundificant.
Astringunt atq; extenuant, siccantq; potenter,
Et uomitum causant lympida sumpta cibo.

De Chalibe.

In Ponto est Chalibis, fertur quod gloria prima,
Qui candens lympha uiscera fortificat.
Si mixtus potetur aqua languoris aquosi
Proscribit damnum, sic iecur atque leuat.

De Aere.

Ollas æratas ac ærea uasa repellas
A mensa, neu sit cœna molesta tibi.
Namq; tegat pisces calidos si forte patella
Aerea, uertuntur in mala damna cito.
Hinc etenim emergunt Elephas ac ulcera fœda,
Et cancer serpens, lurida læpra quoq;
Dulces contineant æris si uascula potus,
Inducunt splenis, seu iecoris uicium.

De Antimonio.

Vim calidam siccamq; gradu, credas mihi, quarto
Fert antimonium quod Metrodorus ait.
Scobs antimonij Gallorum mixta saponi,
Optimè si iungas mundificare potest.
Et pellit cancrum, phagedenica uulnera sanat.

Hinc

Hinc turpis Polypus naribus erruitur.
Siſtit manantem bene deſiccando cruorem,
Naribus intruſum uellere bombicino.

De Sulphure.

Sulphur terra quidem eſt calidi ui cocta, ſed ineſt
Huic gradus in ſicco, quartus & in calido.
Lippara dat ſulphur primas quod continet, iſtud
Eſt bezoar, tritum tollit & aſma nocens.
Scorpius impreſſit uulnus quod ſulphura ſanat,
Icterum potu ſulphura manſa leuant.
Et turpis lepræ ſuperaddita ſulphura notas
Proſcribunt, iungas ſi bene mella noua.

De Sale.

Exornat regum menſas ſal, cætera uincit
Condimenta, nobis ſed facit eſſe bonas,
Sal cum nectareo fluxum impedit ecce liquore
Ventris, ſed ſplenem mundificare ſolet.
Hyblæo ſucco ſal mixtum dira Ceraſtis
Vulnera conſolidat, uipperaſq; plagas.
Attritis neruis ſal iungas, mellaq; farris
Exiguum, medicas ſic dabis ipſe manus.
Singula conſeruat ſalis à putredine feruor:
Eſt dentifricium ſal quoq; ualde bonum.

De Sale armoniaco.

Armeniæ confert ſalis uſus quando tumeſcit
Agina guttur, pendet & uua nimis.
Eſt Armoniaco uis acris & ignea ualde,

In quarto ſicca eſt, eſt & acuta nimis.

De Alumine.

In quarto calidum ſiccumq; ponatur alumen,
Sed melius Cypri dicitur eſſe quidem.
Gingiuas tumidas reprimit uel ſanguine plenas,
Et roborat dentes, uulneribusq; ualet.
Venula ſi tumeat lympha diſſoluito alumen,
Quæ fames poterit rectificare tuas.
Nereidum fonti ſi coniungatur alumen.
Dat thermas, curant quæ cutis omne malum.
Infra alas fœtet modo ſi Gorgonius hircum,
Ex hac minera lympha parata iuuat.
Scorpius impreßit uulnus quod ſulphura ſanant.
Icterum potu ſulphura manſa leuant.
Et turpis lepræ ſuperaddita ſulphura notas
Proſcribunt, iungas ſi bene nulla noua.

De Sale.

Exornat regum menſas ſal, cætera uincit
Condimenta, cibos ſed facit eſſe bonos.
Sal cum nectareo fluxum impedit ecce liquore
Ventris, ſal ſplenem mundificare ſolet.
Hyblæo ſucco ſal mixtum dira Ceraſtis,
Vulnera conſolidat, uippereasq; plagas.
Attritis neruis ſal iungas, mellaq; farris
Exiguum, medicas ſic dabis ipſe manus.
Singula conſeruat ſalis à putredine feruor,
Eſt dentifricium ſal quoq; ualde bonum.

De

De Vitriolo.

Vitriolum medici calidum ſuccumq; fatentur
In quarto, præbet quod bene collirium.
Naris manantem poteris retinere cruorem
Vitriolo, curas ulcera naris item.
Et fungos terræ ſi quis guſtauerit, arte
Per uomitum poterit ſe releuare cito.

De Terra ſigillata.

Si tua menſa quidem fuerit ſuſpecta ueneno
Reddere te tutum Lemnia terra poteſt.
Hæc fluidam potata nimis morabitur aluum,
Hæc inteſtini eſt uulneris antidotum.
Hanc lympha ſi conſpergas parcoq; lyæo
Serpentis morſus conſolidare nouit.

INDEX GEMMARVM.

De Magnete 75
De Turcoi 75
De Granato 75
De Alectorio 76
De lapide Niſæ 76
De Adamante 76
De Draconite 76
De Achate 77
De Memphite 77
De Amethiſto 77
De Bezoar lapide 77
De Abſintho 78
De Armeno 78
De Exebeno 78
De Andromedonta fol. 79
De Berillo 79
De Flogmo 79
De Carbunculo 79
De Chryſolitho 79
De Garatide 80
De Iſculto 80
De Chelidonio 80
De Aliaſa 81
De Corneolo 81
De Indaico 81
De KaKabrate 81
De Calcophano 82
De Lacteo 82
De Orphano 82
De Quadrato 82
De Galazia 83
De Quandro 83
De Quirite 83
De Samio 83
De Chelonite 83
De Chorallo 83
De Trachio 84
De Turchoi 84
De Zingnite 84
De Cerauneo 84
De lapide Lazuli 84
De Lichini 85
De Criſtallo 85
De Pumice 85
De Chalciti 85
De lap. Spongiæ 85
De Aethite 86
De Gagate 86
De Heliotropia 86
De Hepheſtite 86
De Hæmatite 86
De Hiacincto 87
De Iaſpide 87
De Lymurio 87
De Molochete 87

De Medo

De Medo 87
De Onice 88
De Saphiro 88
De Smaragdo 88
De Selenite 89
De Topasio 89
De lapide Molari 89
De Cote 90

DACTILOTHECA VEL gemmarum scrinium.

De Magnete.

ADdubitant multi fiat quo fœdere docti
Naturæ ferrum quòd lapis iste trahat.
Quem magneta uocant patrio de nomine Grai
Magnesiæ quia sit finibus ortus idem.
Hic modo fœdifragas poterit reuocare maritis
Nuptas, coniugium consociare malum.
Hic quoq; sermonis tribuit uim, crede, gerenti
Acceptum reddit principibusq; uiris.

De Turcoi.

Turcois ab Indis portatur maximè uerus
Cæcus, sed flauus, candidulusq; simul.
Languẽtem uisum gemmã hanc roborare probatur.
Et diros casus uertere posse ferunt.

De Granato.

Palmiferum lapidem Granatum dixeris esse,
Dum genus anhtracis nobile fertur idem.

Nascitur

Naſcitur inſignis Trogloditarum in regione,
Quem tingit rubeus, puniceus úe color.
Commodus iſte lapis triſtantibus eſt, bene cordis
Proſcindit ſubitò noxia damna quoq;.

De Alectorio.

Dat capus & uetulus gemmam Allectoria dictam
Portantem inuictum reddere quæ poterit.
Quæq; ſitim tollit ſumentis ore receptus,
Hanc auro includi ratio quippe iubet.

De Borace uel lapide Niſæ.

Et caput abſcondit buſonis torue Boracem
Qui in medio fictum continuat oculum.
Vel qui buſonem præſentat imagine totam
Ex capite erruitur quum modo gemma feræ.
Reptilium morſus curat lapis iſte nocentes,
Et uentris ſordes mundificare poteſt.

De Adamante.

India nigra quidem, credas, modo fert adamantem
Qui de criſtallo congregat eſſe ſuum.
Huius duricies incudi cedere neſcit,
Sanguine ſed hirci frangitur iſte cito.
Attrahit hic ferrum, magicis lapis aptus habetur,
Artibus & tundit ſomnia uana nimis.
Et facit ut uincas hoſtes ſi geſſeris iſtum
Auro contectum, dira uenena fugat.

De Draconite.

Ex capite erruitur fuſcus lapis ecce draconis
Oblongus,

Oblongus, claro margine quiq; micat.
Is modo serpentes natura, credito, factos
Continet, aut Dipsas, uipereosue typos.
Huncq; draconitem uictorem reddere posse
Narrant, hostiles uel superare dolos.
Aut modo serpentum uires infringere cunctas
Fama est, & morsus consolidare malos.

De Achate.

India quam diues gemmarum præbet Achatem
Qui Nepæ uirus Natricis atq; fugat.
Languentem uisum solet hic corrigere tophus,
Facundumq; facit fortificatq; uirum.

De Memphite.

Memphitim reddit calidum Babylonica Memphis,
Qui calet ut ignis quum bene tritus erit.
Hic datur ut sensum tundat quum scindere ferro
Statuimus, quoniam membra anodina facit.

De Amethisto.

Purpureus color ac uiolaceus est amethisto,
Quem dant Aethiopum feruida regna tibi.
Læthargum pellit, contrarius est temulentis
Vmbilico adpositus dicit Aristoteles.

De Bezoar lapide.

Est bezoar triplex lapis, est nam puluerulentus
Qui subcitrinus splendicat, est uiridis.
Candidus est, primum narrant sed tangere palmam
India dat cunctos fertilis hos lapides.

Affirmant

Affirmant ceruos tales effundere multi
Ex oculis, dipsas quum comediſſe ferunt.
Sed uis eſt cunctis par extirpaſſe uenena
Seu Næpæ morſus reſtituiſſe malos.
Collo ſuſpenſus curat quoq; uulnera, læſum
Quæ à lympha pellunt, uippereumq; malum.

De Abſintho.

Exiguus lapis eſt abſinthus corporis actu,
Sed rubeis guttis cernitur ipſe quoq;.
Et ſi conceperit lapis hic ab igne calorem,
Per luces ſeptem continet hume quidem.

De lapide Armeno.

Cœruleus fit Armeno color, & maculoſo
Corpore comparet, ſed uiret iſte quoq;.
Hunc lapidem mittit pictoribus incola fidus
Armeniæ, narrant quem modo friabilem.
Is datur ut pellat choleram de corpore nigram;
Seu uomitu cupias ſiue per inferius.
Per uomitum ablutus, per uentrem minime lotus;
Et ſanat lepram, uertiginemq; leuat.

De Exebeno.

Exebenus lapis eſt ſpecioſus maximè candens,
Qui colicam tollit, cœliacoſq; iuuat.
Prouocat & Veneris furtiua incendia multum,
Et ſtomachum læſum quàm bene corroborat.
Dicitur atq; potens prægnantibus auxiliari,
A collo pendens quum modo partus adeſt.

De Andromedonta.

Eſtq; maris rubri, formæ quaſi teſſera, proles,
Quam docti uocitant andromedonta quidem.
Eſt durus multum quaſi duricies adamantis,
Qui lapis iratum rectificare poteſt.

De Berillo.

India gemmarum reddit fœcunda berillos
Pectora qui curant aſmathe læſa nimis.
Infirmis oculis latet in quîs unda medetur,
Portantem multum clarificare poteſt.

De Flogmo.

Et Nili ripas narrant effundere flogmum,
Quum nimium ſcopulos unda reliſa petit.
Eſt auro ſimilis multum, & ſcintillat ut ignis,
Qui appoſitus fronti ſomnia læta facit.
Sulphuris hic uires tenet & uirtute miranda,
Dæmonium exterret, uel fugat uſq; malum.

De Carbunculo.

Inſtar carbonis rutilat carbunculus, unde
Igniti nomen continet iſte lapis.
Anthracem hunc etiam dicunt, ſed more Pelaſgi,
Lybia dat noctu qui radiare ſolet.

De Chryſolitho.

Aethiopes modo Chryſolithum dant, uana domãtem
Somnia, uel lemures, Theſſala monſtra quoq;.
Iſte melancholicis timidis ſuccurrere fertur,
Sed gerulum caſtum condecet eſſe ſuum.

De

De Garatide.

Albertus nigram docet esse Garatida gemmam,
Et scribit famam reddere posse bonam.
Facundosq; simul, gratos, multisq; placentes
In buccis lapidem si modo contineas.
Sed fraus syncerum quia nil humana relinquit,
Hanc perscrutari sic bene tu poteris.
Corpus perungas lapidem quum gesseris ore,
Hyblæo succo quem tibi reddet apis.
Siq; uolant muscæ tangentes corpus inunctum
Nil ualet, intactum, est sed bonus iste lapis.

De Isculto.

Hispanus mittit lapidem quem nomine dicunt
Iscultum patrio, seu Galitana plaga.
Hic subcitrinus hebeti pallore refulget
Atq; alijs dictum uel Salamandra patet.
Quòd semel accensus conceptos respicit ignes,
Necq; hunc Vulcanus comminuisse ualet.
Hic oculis confert humidis seu puluere læsis
Serpigenem fœdam tollere quippe ualet.
Nocturnosq; metus soluit, phantasmata pellit
Et suadam reddit, uatidicamq; phrasim.

De Chelidonio.

Et Chelidonium lapidem concedit hyrundo
Prima quum luna dislaceratur auis.
Hic curat febres, regales mitigat iras,
Hic gratum reddit principibusq; uiris.

Herculeum morbum, languentes ſanat ocellos,
Præclaros quoſuis uincit & hic lapides.

De Aliaſa.

Atq; Aliaſa lapis multicolor eſſe probatur,
Syria quem mittit, regio ſiue Iamen.
Hic facilem ſomnum, ſed ſomnia dira miniſtrat,
Multiplicat lites, iniuriasq; facit.

De Corneolo.

Corneolum gemmam ueteres dixere ſacratam,
Quòd fluxum quemuis ſanguinis ipſa fugat.
Quòd diſceptantes concordat gemmula talis,
Quòd dentes mundat ſordidulosq; bene.

De lapide Iudaico.

Iudaicus lapides inter uiliſſimus omnes,
Ductibus eſt longis quam Paleſtina coquit.
Prouocat urinam cum uino ſumptus, & iſte
Veſicæ lapidem, & menſtrua preſſa trahit.
Et fluxum ſiſtit quem pars ſecreta uirorum
Poſterius fundit, maximè ſanguineum.

De KaKabrate.

Criſtallo ſimilis Kakabrates dicitur eſſe,
Titan quem mittit luce oriente polo.
Gratia præſtatur per talem, gratia regum
Sermoniſq; decor, linguaq; docta cito.
Corrupti iecoris Kakabrates ſoluere noxam
Tritus, uel ſplenis rectificare nouit.

De Calcophano.

Calcophanus ſi tractetur non corpore læſo
Luxuria, uocem clarificare ſolet.
Propterea in ſcœnis lapis hic quàm gratus habetur,
Eſt ubi clamandum Stentoris ore nimis.

De lapide Lacteo.

Ceruariosq; lupos lapidem dare poſſe fatentur
Qui rerum enarrant myſtica docte uiri.
Lacteus hic dictus quòd lac dare poſſe probatur
Attritus, cineris tingitur inſtar idem.
In ſcobem uerſus lippoſos curat ocellos
Cum lympha ictericum, cœliacumq; leuat.
Hunc quoq; dat Nilus ſeptemfluus, hunc Achelous
Ionicus, multi quem Galactita uocant.

De Orphano.

Orphanus & lapis eſt translucens maximè, ſolus
Romani in regis cernitur iſte mitra.
Hic uario multum diſtinctus ſchemate iternat
Candido nam clarus, puniceoq; micat.
Fulgurat in tenebris nonnunquam gemma ſepulta,
Et famam incolumem ſeruat ad uſq; finem.

De lapide Quadrato.

Et qui ſepteno labentem flumine Nilum
Inhabitant gemmam candidulam referunt.
Quadratam dicunt, tamen quoq; nigra Sabæa
Mittit, conceptus pernecat iſte lapis.

De

De Galazia.

Grandinis inſtar habet formamq; Galazia gemma
Ictibus omnimodis non ſuperanda quidem.
Quæ frigida intantum eſt, quòd nõ calefiat ab igne,
Cauſam ſed ſtrictos dicimus eſſe poros.

De Quandro.

Vulturis in cerebro Quandrus reperitur edacis,
Qui caſus pellit maximè peſtiferos.
Quiq; facit matrum complerier ubera lacte,
Infantes poßint paſcere quòd teneros.

De lapide Quirite.

Atq; Quirin lapidem conſcribunt dactylothecæ
Gemmarum uires qui bene ſcire putant.
Vppupa reddit eum nido, quòd pandere poßit
Vſq; ſecreta uiris fœmina quæ retinet.

De Samio lapide.

Samius à Samo dictus, uertiginis ingens
Qui cura eſt, partum ſed remoratur idem.
Samius hic aurum purgat, mentemq; fugatam
Reſtaurat, collo quem modo ſi teneas.

De Chelonite.

Aethiopes nigri lapidem tibi dant Cheloniten
Ex conchis, uatem qui generare poteſt.
Ad magicas artes hic perfectißimus eſſe
Fertur, ſed flammas reſpuit iſte lapis.

De Corallo.

Corallus modo Typhonas & fulmina pellit

A rate uel tecto, Theſſala monſtra quoq;.
Vmbras dæmonicas, pellit de mente dolorem,
Confortans ſtomachum languidulumq; nimis.

De Trachio.

Trachius ad partes noſtras portatur ab oris
Ponti, quem ſurſum dixeris eſſe tophum.
Prodeſt geſtatus tumidis intercute lympha,
Et dilutus aqua dentibus eſt utilis.

De Turcoi.

Turcois ab Indis portatur maximè uerus
Cæcus ſed flauus candidulusq; ſimul.
Languentem uiſum gemmā hāc roborare probatur,
Et diros caſus uertere poſſe ferunt.

De Zinguite.

Zinguites lapis eſt uitrum ſimulare doloſum
Aptus, Noctilopam qui leuat ecce malam.
Potatus ſtringit patitur quem fœmina fluxum
Sanguinis, hic fecem curat & ipſe nigram.

De Cerauneo.

Ventorum rabie concreſcit puluis in alto
In lapidem, in terram qui cadit inde ritus.
Hunc quem nos fulmen, Græci dixere Ceraunon,
Qui quemuis ſeruat fulmine ne pereat.
Qui dulces ſomnos & dulcia ſomnia præſtat,
Sed caſtum gerulum poſtulat iſte lapis.

De lapide Lazuli.

Et Lazuli lapis eſt flauus ſplendentibus auri

Guttis

Guttis conſperſus, dicit Ariſtoteles.
Lætali hic quum graſſatur quartana calore
Subuenit, & choleram reprimit iſte nigram.

De Lichini lapide.

Lichinin portat ſedulus mercator ab Indis
Purpureum rutilat qui uelut ignis edax.
Hic ſolus lapidum curat conuellere ceram,
Attrahit & frondes, attrahit hic paleas.

De Criſtallo.

Criſtallus ſoli ſubiectus concipit ignem
Quem iacit in fungos quos rutilare facit.
Hunc lapidem præſtant hyblæo melle ſolutum
Matribus, ut lactent pignora lacte bono.

De Pumice.

Eſt durus ſed frangibilis, leuis atq; poroſus
Pumex, dolentes limpidat hic oculos.
Vulnera conſolidat, dentes conſtringere fertur
Ac eſt pſillotrum, rheumata ſiſtit idem.

De Chalciti.

Aeris fert ſpeciem Chalcitis nomine tophus
Epulidas tollit qui modo ſordidulas.
Cum porri ſucco qui ſacros tollit & ignes,
Sanguinis aut fluxum qui ſuperare ualet.

De lapide Spongiæ.

Spongia dat lapidem durum quem pellere certum eſt
Strumas, & menſes ducere quiq; poteſt.
Veſicæ lapidem frangit, uel fabula fracta,

Ex lumbis pellit pulueriſatus idem.

De Aethite.

Inter præcipuos lapides numeratur Aethites
Aquila quem nido congregat ecce ſuo.
Quo ualeat pullis diros auertere caſus
Hic imprægnatis dexter adeſſe ſolet.
Et modo geſtanti largitur ſobrietatem
Victoremq; facit, diuiciasq; parit.

De Gagate.

Naſcitur in Lycia lapis & prope gemma Gagates
Lucidus ac niger, dentibus antidotum.
Qui per ſuffitum mulieri menſtrua reddit
Accenſus prodit qui bene lunaticos.
Effugat immites ſimili ratione chelidros,
Dæmonibus diris fertur & eſſe malus.

De Heliotropia.

Sanguinis aſtringit fluxum heliotropia gemma,
Seruat & incolumes dira uenena fugat.
Nec falli poterit lapidem qui geſſerit iſtum,
Qui futura docet, uatidicamq; phraſim.

De Hepheſtite.

Dictus hepheſtites lapis eſt qui luce choniſca
Viſum præſtringit fulgurat atq; nimis.
Accenſas itidem compeſcit ſeditiones
Grandines hic pellit, pellit & hic nebulas.

De Hæmatite.

Sumpſit hæmatites græcum de ſanguine nomen,

Quem

Quem uiſus tardos clarificare uolunt.
Veſicæ lapidem, ſi potus, ſoluere fertur,
Et naris fluxum impedit iſte lapis.
Hic palpebrarum ſuperillitus aſperitatem,
Tollit & hic morſus uippereos nocuos.

De Hiacincto.

Iacincti ſpecies docti tres eſſe loquuntur,
Omnes qui poßint corroborare bene.
Qui faciant tibi ſerpentis quòd cauſa nocere
Nulla queat, tutum fulminis & faciant.

De Iaſpide.

Caſte geſtatus febrem fugat, arcet Hydropem
Iaſpis, qui partus, uentriculumq; iuuat.
Hic fluxum ſiſtit quemuis de uulnere factum,
Et tutamentum creditur eſſe bonum.

De Lyncurio.

Lyncurium ſtillare ferunt ab inguine lymis,
Qui ſtomacho eſt gratus, curat & ictericos.
Rheumata compeſcit uentris, ferrumq; domare
Inſtar magnetis dicitur iſte lapis.

De Molochete.

Craſſum quippe uirens Molochites nomine, cunas
Protegit infantum, protegit & pueros.
Neu teneros artus pars poßit iniqua nocere,
Quem nobis reddit nigra Sabæa quidem.

De Medo.

Medus fraudatos uiſu perſanat inunctus

Restituitq; oculos, pectoris estq; salus,
Hicq; super cotem mulieris lacte solutus,
Enixis confert, nephreticosq; iuuat.

De Onice.

Collo suspensus onix, digitoue ligatus,
Insomnes lemures pellit, & iste lares.
Multiplicat lites & commouet undiq; rixas,
Marmoris ast recitant hunc genus esse quidam.

De Saphiro.

Atq; reperitur Lybicis permixtus harenis
Saphirus, fraudes qui superare ualet.
Qui lapis ut perhibent, educit carcere uinctos,
Pacatumq; deo reddit & iste lapis.
Hic corpus uegetat, conseruat & integra membra,
Anthracis morsus pernecat ipse quoq;.
Tollit & ex oculis sordes frontisq; dolores,
Et uitijs linguæ subuenit ille cito.

De Smaragdo.

Gryphibus erripiunt Arimaspi certe Smaragdum,
Quem tempestates pellere posse ferunt.
Hunc præscire uolunt aut diuinare futura,
Si castus fuerit qui modo portat eum.
Auget opes multum, dans persuasoria uerba,
Omnibus in causis, febribus addit opem.
Et sanare potest mira ratione caducos,
Collyrium est oculis turbidis atq; bonum.

De Selenite.

Nec Seleniten fas est omnino tacere,
Lunares motus qui retinere solet.
Crescit enim luna crescente, minorq; minuta
Efficitur, phthysicos is lapis atque iuuat.

De Topazio.

Nominis eiusdem Topasion insula gignit,
Fertur sanguineum sistere posse uadum.
Feruentes etiam compescere dicitur undas,
Hunc Arabum gignit regio magna tibi.

De lapide Molari.

Virtutes lapidum multi scripsere molarem,
Te quis non credat, sed siluisse nephas?
Mentio nulla tui fit, te mala carmine iusto,
Cur priuant docti, commoda curq; tua?
Scribit corallum Methodorus maximus author
Chrysolithum phrasi, Democritus cecinit.
Sardonicen, prasium, Zoroastes carmine multo
Dixit, at insignem nemo poeta molam
Qui fit? quum decus es lapidū? quū nobile pondus?
Quum sine te uitam ducere nemo potest?
Granum accipis, sed far reddis tua mira potestas,
Qua faciant matres pignora chara sua.
Nec Veneris sunt grata adeo, nec munera Bacchi,

Vt tua quæ prodit Dedala terra ſinu.
Idaliæ puer en oculos præſtringit & auſert,
Sed molitor cunctos cæcat amore tuo.
Nil ideo eſt uates quòd dant mendatia rebus,
Quum titulos poſcunt præterijſſe molæ.
Qua ſine nulla quies ſine qua nec ulla uoluptas
Perpetua eſt, præſens gaudia quæ tribuis?
Exornat digitos gemma, at tu fercula regum,
Namq; labore tuo ſit mediante Ceres.
Non metuis fures nocturno tempore, uel quod
Eſt maius neruos, Phallaridisúe minas.
Te non corrodunt mures, tu ſingula radis,
Non tineas paſcis, paſcis & ipſa deos.
Sit ſane gemmis uirtus, ſint præmia magna,
Maiora ipſe lapis cõmoda, crede, feres.
Decipit emptorẽ perſæpe etenim, uel fallere gẽma
Conſueuit fuco, tu petra fraude cares.
Dignam igitur te laude molam, te laude molarem
Cur quis non credat preterijſſe nephas?
Cætera, blandiri uidear ne forte, ſilebo,
Sit ſatis ad gemmas nam numeraſſe molam.

De Cote gemmarum principe.

Quas referam coti laudes? præconia quæ nam
Coticulæ adſcribam quæ decus eſt lapidum?

Qua

Quæ decus eſt lapidum, lapidis quæ nobile põdus,
Cui par non uident ſecula noſtra ſemel,
Omnes namqúe facit cotis reualeſcere puluis
Quos uexat dirus ſonticus ecce dolor.
Poſt partum enixæ negat atq; tumeſcare mammas,
In puero teſtes turgidulosq; leuat.
Et reſolutus aqua iuuat hos qui ſanguinis ore
Guttas emittunt, Cos bonus ecce lapis.
Nam capitis fœdam fontis fundamine mixtus,
Curat alopetiam, ſpleneticasq; tabes.
Et tutum reddit lapis hic quemcunque gerentem,
Ne morſu lædat gens inimica canum.
Atque hic eſt reliquis gemmis certiſſimus index,
Quo uel diſcerni cum ratione queant.
Indicat & frictum qui ſplendida quæque metalla,
Vt poſsit Mango tutus abeſſe dolo.
Quæ laudes igitur cotem, præconia quænam,
Coticulam deceant ſcribite Pierides.
Nam mihi deficiunt laudes & carmina deſunt,
Quis lapidem ſcribam pro ratione ſatis.
Scindere qui ferrum facit, et documenta miniſtrat
Scindendi, quamuis ſcindat & ipſe nihil.
Quis etenim mundet floccis tunicato popello
Veſtes, ſi cotis non foret officium?
Quomodo uelq; ſuum tractet nouacula munus
Duræ ſi cotis ſit modo nullus amor.

Martia

Martia quis denuo gestaret ferrea spicla
E medio positus si lapis iste foret?
Mensæ hæc disponit Cereris dia munera rupes,
Disponit uitulum dentibus atque bouem.
Findendis lignis parat ac in cote secures
Rusticus, & farctor cotis amore flagrat.
Summatum reliquas superat sic facile gemmas,
Corneolum Sagdam, Chrysolithum, lipparem
Coralium, Andromedam, Chrysopraſon, Gagotro-
meum,
Hexecanthalitum, Cerauneumúe Onicem.

DE API-

DE APIBVS, MEL-LE, CERA, ET ALIIS QVAE EX iſtis conficiuntur, ſuccincta admodum methodus, omnibus quidem Oeconomiæ ſtudioſis ualde utilis, per Georgium Pictorium Villinganum doctorem medicum ex Ariſtotele, Alberto, Plinio, Varrone, Theophraſto, Columella, Palladio, Vuilhelmo de Conchis, Cardano, Agrippa, & alijs quibuſuis optimis authoribus conſcripta.

CVR APES ANIMALIA dicantur inſecta ſeu annuloſa, uel rugoſa, ex quibus conſtent, quid operis ſtatim aggrediatur examen recenter naſe exceptum, & an relicto aculeo diutius uiuant.

APES Plinio *inſecta, propter inciſuras, nominantur animalia, Ariſtoteli rugoſa uel annuloſa, quod corpora poſſideant rugis et annulis diſtincta. Has carere neruis, oſsibus, carne, cartilagine, ſpinis, cruſtis & pinguedine nemini dubium eſt. Sed ex re creatas patet inter has medias, cum paucis admodum inteſtinis. Neq; eſt qui diffiteri queat, apes præcipuæ admirationis animalia, in humanos uſus, maximosq; hominum*

Apes inſecta animalia.

Animalia annuloſa apes.

minum prouentus enata, inciſſuris quidem ut aere nutriantur, quas ſumma diligentia, ne obturentur obſeruant, clauſis enim ſtatim exhalant, uelut cernere licet, ſi in oleum incidant ubi pori obſtruũtur.

Apibus oleũ obeſt.

Apibus quatuor alæ.

Quatuor alis uolant ut in aluo ſuos ultionis gerant aculeos. Nam binis uolantibus, aculeos in ore, auiditatis gratia tenent. Exemplo muſcæ ſunt & culices, ultra Vergiliarum exortum in ſuis cauernulis latitant, ante fabas floreſcentes rariſſime exeuntes ut operentur: ſi tamen inceperint, modo per cœlum liceat, otio illis nulla dies perit, primò fauos conſtruentes non imitabiles, quos in domos cereos fingunt ſeu cellulas: hinc ſobolem, & denuò mella: diutius uiuunt poſſeſſo aculeo, nam dempto confeſtim moriuntur, ob inteſtinorum defectum quæ ſimul exeunt.

Aculeo amiſſo apes pereunt.

Quis Apes propagare & mellis uſum primus edocuerit, Cap. II.

Apes quis primo educare potuerit.

APes propagare Ariſtomachum quendã docuiſſe fama eſt, quem Plinius ſic in hoc negotio ſtudioſum fuiſſe ſcribit, ut omnibus poſthabitis diesq; noctesq; totus in hoc fuerit, qui rite apes tractaret. Alij Thaßio cuidã inuentũ attribuũt, quẽ pari diligẽtia in apes floruiſſe teſtãtur, maximè tamẽ in agro, & procul ab urbe, unde uulgi ſcomate amplius nõ Thaßium dixerint, ſed Agrium, quem de api-

de apibus propagandis sinuosum librum composuisse Plinius *habet.* Columella *Himeti Atticæ montis incolis adscribit. Nam ibidem* Erichthonium *quendam fuisse docet, qui cultum earum rite & regulatum, ut aiunt, edocuerit. Sed mellis inuentum idem* Plinius *Aristæo Athenienſi offert.* Diodorus Siculus *sexto libro* Bibliothecæ, *Curetes Cretæ populos ostẽ disse habet.* Macrobius *Saturno inscribit. Quidam Thessalis: complures* Melliſſo *antiquißimo Cretensium regi, &* Naso Libero *patri, sic dicens,* Liber & *inuenti premia mellis habet.*

Apes Erichthonij inuentum.

De Generatione apum. Cap. IIII.

APes *nascuntur ex apib. inuicem coeuntibus, & gallinarum ritu cubantibus, Philosopho asserente, quæ fœtus quasi uermes albicantes quadragesimo quinto die excludũt, excepto rege qui statim alas profert. Primo partu una excludit quinq; proles, hinc pauciores, donec ad unã peruenias, quòd superfluitates quæ in eis sunt, temporis tractu diminuantur, cubando propensius murmurant, caloris faciẽdi gratia. In fauorum marginib. nascuntur quandoq; grandiores apes, quas tubas à sono uocare solemus, & earum cauernulas cornua, quæ studiosis apum signum habentur, illud examen deploratæ habendum indolis, Quibus aggregantur item*

Apes quando excludant fœtus.

Tubæ. Cornua.

item per coitum, sed degenerem, aliæ quoque grandiores corporis mole, similes regibus, sed ociosæ, & sine ultionis aculeo, propter ponderositatem, quas Kikenes uocant uulgo trienen. Quæ omnia Vuilhelmus de Conchis Romæ obseruata docet, in alueis cuiusdam consularis, ex cornu pellucido factis. quidam citra naturæ legem apes quoque nasci perhibent, absque coitu monstrosas. potissimum si uitulus integer in terram sepeliatur. Nam putrefactus zephiro spirante, apes reddit Marone teste, non aliter quã Cornelius Agrippa in primo de occulta philosophia, & Cardanus nono subtilitatũ, ex equo uespas putrefacto oriri scribũt, ex asino fucos, ex mulis crabrones, ex capillo menstruatæ mulieris serpẽtes, & ex cancris ablatis chelis scorpiones.

Kikenes

Apes citra naturæ leges.

De Apibus imperfectis, quas fucos dicimus. Cap. IIII.

SVnt fuci (liceat uerbis uti Plinianis) sine aculeo imperfectæ apes, nouissimæq; à fessis, & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, quæ seruitia implent quasi uerarum apum. nam perfectè illi imperant, primosq; in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Hæc non in opere tantũ, sed in fœtu quoque perfectas adiuuant, multum ad calorem adiuuante turba. Nam quo maior fuerit multitudo, eo maior quoque fit examinũ prouentus. Cum mella

Fucus quid.

mella ceperint matureſcere abiguntur fuci, multæ ſingulos agreſſæ trucidant, nec id genus niſi vere cernitur.

An trahant anhelitum apes, ſanguinemq; habeant. Cap. V.

INſecta non ſpirare quidam dicũt quod cordis flabello, hoc eſt, pulmone careãt, ſic enim neminem ſpirare poſſe teſtantur. Sed Ariſtoteles per telam parietis id fieri poßibile contendit in animali, quòd etiam ueſica careat, et uelut anhelitus rationem apibus adimit: ſic & ſanguinis commoda, quòd cordibus priuatæ ſint, & iecinoribus, circa quæ tamen Plinius uult, quòd de natura nihil iudicandum ſit incredibile. Nam ratũ haberi ſuadet apibus ineſſe ſuctum quendam uitalẽ, ſanguinis loco, nõ aliter quod Sepiæ in mari attramentum. quod eſt ſuccus per quẽ purpuram inficiunt tinctores.

Inſecta non ſpirant.

De magna in uſus humanos apum utilitate. Cap. VI.

MAgnam cõſiſtere in apibus utilitatem ſi locum congruentem habeant, ac prudenter, ſolliciteq; tractentur, Plin. 11. lib. declarat, quando inter omnia inſecta apes primas tenere monet, ut quæ ſolæ hominum cauſa, mella, dulciſſimum, ſubtiliſſimum et ſaluberrimum ſuccum contrahunt,

& in humanos usus, casulas cereas nulli artifici imitabiles, ornate effingant. Accedēte cōmodo, quod ex paucis in breui, si aeris non obsistat iniuria, multa emergant examina, quæ alia denuo, potißimū si prima in Maio mense uel Iunio enata, à sese protrudūt, ut magnum prouentum faciant, id quod Varro per duos in Hißpania probat satellites, qui saltem apum medio, non minus annuatim quàm dena milia talentorum receperint. Vbi tamen aduertendum est, sex annorum examina, rarißime alia à sese progignere, licet in cera lucrum præstent magnum.

Examina uetula raro extrudunt examina.

De apum magna solertia. Cap. VII.

APes inter diu stationem habere rerum periti narrant, ad portas uelut castra locantes, ut tutæ intus quæ uolunt machinentur. Noctu quietem statuunt in matutinum usque, donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo, tunc enim singulæ prouolāt. In tectis se continentes futuræ tempestatis præsagium sunt. Aere claro uel sereno existente, flores in rem suam pedibus domum portant, maximè adolescentiores, ubi aliæ aquam rostro aut totius corporis lanugine baiulant, senioribus intus, ut sua tractent, permanentibus, hoc est, ut ædificent, poliant, seu cibum disponant. Cessantium inertiam sedulo notant, quam morte puniunt. In uentorū impetu euola-

Apes lapidib. se granant.

tu euolatæ reſiſtendum ſe lapidibus grauant. Heſpero incumbente in alueo minus ac minus ſtrepunt, donec una circũuolet, quæ eodẽ quo eas excitauit bombo, ceu quietem capere imperans, moneat ut omnes conticeſcant. In aere conſperſæ cymbalis & ſonis ſe ſe recolligunt in examen: regem ſequuntur quoquouerſum iter attentat, quẽ feßum ſubleuãt, minimeq; uolare potentem baiulant. Habẽt conſilia priuatim & duces. Ariſtoteles cæteris animalibus apes mundiores eſſe docet, quòd uolando ſtercus à ſeſe proijciant, ne quid fœtoris in caſulis ſentiãt, ſi mel deficiat fucos interimunt aut in exilium relegant.

De regis apum dominio. Cap. VIII.

NAtura ſuas leges nullis demandauit libris quos ediſcant homines, ſed moribus potißimùm inculcauit, uelut exemplo ſunt apes, quarum regibus aculeos uindictæ inſtrumentũ prudenter admodum detraxit. Denotandum quoſuis poteſtate triumphantes, ad nocendum, atque uindictam, tardiores eſſe debere. Quidam tamen regẽ habere aculeum non denegant, ſed eo non uti arbitrantur: propterea Plinius in ambiguo habet an rex ſit armatus, uel telo careat. Hunc certè uenerantur apes, colunt atque ſummo conatu huic obediunt. Non obedientes pœnitentiæ damno, ſe ipſas mulctant, ut amißi aculei damno ſtatim moriantur.

Rex ſine aculeo eſt.

Duplices reges.

moriantur. Aristoteles duorum modorum reges esse scribit, unum enim rubeum dicit, quem meliorẽ censet, & alterum nigrũ quẽ minoris esse fatetur, utcunque tamen cæteris apibus maiorem corpore, & diademate splendidiorem, sed breuioribus alis. Creatur rex, foras non procedens nisi migraturo examine. Cum processerit se quæq; proximam illi cupit esse, & in officio conspici gaudet, ubicunq; ille consedit, ibi cunctarum castra locantur. Circa eum satellites quidam habentur, qui assidua authoritate ipsum obseruent. Si quis regi, Plinio scribente, dextram detruncet alam, non fugit examen. Pulchrum habent pro rege mori: Vnde rege mortuo propẽsius omnes lugent, & pro altero, ut quæ non sine rege esse possint, meditantur. Nullos cibos in interregno conuehunt, non procedunt, sed tristi planctu & murmure conglomerantur circa corpus mortui, ac ni alius suo crescat rex, fame moriuntur. Rex non laborat, sed cæteris euolantibus, in alueo circuit ad opera exhortanti similis.

Quis apum delectus sit. Cap. IX.

M. Varro optimas corpore paruas scribit, uarias & rotundas, quòd labore sint præstantes & mel subtile faciant, atq; laboris sint patientiores, suaq; in montanis colligãt, quũ deteriores ex floribus saltem hortulanis cõgregent, oblongæ

oblongæ ſunt ueſparum ritu. In Ponto albas optimas eſſe uolũt, quòd in mẽſe bis mellificent. Vuilhelmus de Conchis circa Thermodoontẽ optimas in terris habitare docet, quod hæ triplici cerarum ordine nidificent, & copioſe mel effundant. Varro præfatus, ſanas tantum habendas cenſet, quæ frequentes ſint in examine, nitidæ ſint, opus ſuum æquale faciant, & leue: non piloſæ, non horridæ, ſeu puluerulentæ, quas nõ horrida diſturbet macies, & ex quarum cauernulis nõ ſubinde mortuæ efferãtur. Nam omnes iſtas malas cenſet & inutiles. Palladius optimas à uaſis pleno ſeu uacuo iudicat, ſi enim plena alueria habeant, eas commendat, ſi minus plena, non laudat. Et has item laudat qui murmuris magnitudine excellunt, ſeu magna examinis frequẽtia abundant, nõ à longinquis partibus ad nos ſunt portatæ, dum terreri eas nouitate aeris cõſentaneũ habeatur.

In Ponto apes albæ.

Apes quæ in columnes.

In quem locum apes collocandæ. Cap. VII.

ARiſtoteles hyemis tempore in loco calido, & æſtatis ardore, frigido apes collocandas docet. Palladius Rutilius Taurus in primo de re ruſtica, locum ſelectiorem arbitratur, qui in horto ſit non multũ ab ædib. dominicis elongato, qui neq; uentos neq; furum, pecudũq; admittat acceſſus. Qui arbores uerſus ſeptentrionem conſitas foueat, & ri

uulos limpidiores. M. Varro ad uxorem Fundaniam ſecundo libro, ſedem earum quoque iuxta uillam dominicã eſſe oportere teſtatur, ſi imaginum nullã referat reſonantiam, hoc eſt, ſi propter ſiluas uicinas echo clamantibus non reſpondeat, quod ualde odioſum habẽt. Maro frondẽtes arbores ante hoſpitia earum plãtandas monet: uelut amygdalus eſt, perſicus, pirus, hedera, quercus, & tilia, in quib. nulla reſpõdet amaritudo floris. Et herbas, ut origanũ eſt, thymus, ſerpillũ ſaturegia, amaracus, thus, croc⁹, apiaſtrum, roſæ, liliũ, cythiſum, faba, eruiliũ, papauer, caſia, mellilotũ, melliſſophilon, ſinapi, keerini flores. Flores papaueris, cicerũ, boraginis, et bugloſſæ. Arborem buxũ, lentiſcũ, & cornum, abhorrẽt, earum ſiquidem floribus guſtatis, cõfeſtim pereunt. Oliuæ florẽ apes nõ tãgere, ſcribit Plin. 21. libro, ideoq; huius arborẽ in hortis non eſſe plantandũ ait, qui 11. libro ſua propria ſcripta refutat, inquiens ex oliuæ prouentu plurima naſci examina. Ex propinquo aquas maximè ſtantes habẽdas idẽ Maro docet, quibus lapillos inijciendos cenſet, ut iſtis uelut pontibus crebris uti, & alas ad æſtiuum ſolem pandere queant, has tamen aquas nõ profundas eſſe uolũt, ut eis commode fruantur. Apodia earum trinis pedibus elongata ſint à terra, & ſcite leuigata, ne lacertæ, & mures aluearia ſubintrent, & damno ſint.

Plinius ſibi contrarius.

Quas res maximè fugiant apes, seu odio habeant. Cap. XI.

APibus ingrata est Echo, Plinio scribẽte, propter resultantem sonum qui pauidas alterno pulsat ictu, & nebula quoque: item araneus si telum suspendat, ac ignauus Papilio quem Plinius inhonoratum nominat, bifariam pestifer. quippe quum ceras rodit & excrementa relinquit, teredinum productiua, Oleo, sicut omnia insecta exanimãtur apes, & fœtido odore: quod clarissime patet, in hac specie Arthemisiæ quam matricanã uocant, eam namq; maximè fugiunt quòd exotici fœtoris sit. Crabrones eiusdem naturæ insecta, sed degenerãtia, quæ muliones uocantur, ualde timent, nam illis pabulum sunt: hyrundines item, passeres, meropes, ciconias, ac omnes ueprium aues. Ranas qnoq; non saltem palustres aut quæ stagna riuosq; obsident, sed & rubetas quoq;, quæ apibus multum insidiantur, & oues, dum ex lana sese non facile explicare possunt. Et si quis apibus in propinquo cancros concoquat, ex odore inde percepto statim moriuntur.

Quibus signis apes cognoscãtur ægrotare, & qualiter illis mederi queamus. Cap. XII.

APes esse ægrotas illud potissimũ argumento est, si in examine negligẽtes uolitẽt, si colorẽ non habeãt natiuũ, sed peregrinũ quendam, si eas

si eas horrida disturbet macies, si puluerulentæ sint & pilosæ, atq; ex earum casulis subinde mortuæ efferantur apes. Hisce ergo signis præceptis statim illis suppetias dare consentaneum arbitrantur, ne sero medicina paretur: & offerenda iudicat Palladius mala granati cum uino austero, grana cõtusa, seu mel cum gallis aut rosis, in unum contriuis, aut sorba cum melle permixta, ni quis malit suffumigium habere ex stercore bubulo sicco: qui suffitus illis maxime gratus est. Tamen si propter teredines, ex papilionib. ægrotent, optimũ cẽset Rutilius ut uasculũ æneum cum accenso lumine in alueare ponamus, ut sic papilionib. aduolãtibus alas cõburat & decidãt.

Qualis apũ custos esse debeat. Cap. XIII.

APes quia fœtida multũ abhorrẽt, earum custodi sedulo fugiẽda monet Palladius male olentia, quẽ etiã castum esse cupit, & ab omni immũditia liberum, inter eas non anxie anhelantem, non sudantẽ, neq; blasphemũ, aut talem qui inter eas non importunus ad se uolantes propellat, aut mordicus se defendere conetur, sed qui uelut inter familiares aut pueros suos blandulus hasce affari, & mitiore modo tractare, didicerit. Qui semper aluearia in futurum usum parata ad manus habeat, quibus rudis examinum statim excipiatur iuuentus, quæ nisi conseruetur, à sole contacta aufugit, qualiter tamen paranda sint caput 16 ostendit. Qui item

fucos

fucos, si plus æquo abundent, ex casulis propellere nouerit, quod hoc modo rectè fiet, si alas fuco detraxerit quem in alueare reponat. Nam sic apes fucos detruncant, & denuo expellunt. Fuci quōmodo expellendi

Quando exitura sint Examina, & ne auolent, cautelæ. Cap. XIIII.

EXamina mense Iunio Palladius secundo libro potissimùm euolare scribit. Ast nos in Maio frequenter id contigisse quoq; notauimus, maximè si proles aluearia habuissent incolumes & multas. Euolaturas autem duobus cognoscimus signis, quorum primum est, quòd diebus præcedentibus tempore fermè occiduo, copiosè ante foramē, uelut uuæ, aliæ ex alijs conglobatæ pendent. Alterum quòd cum iam euolaturæ sunt, militum castra mouentium instar consonant uehementer. Et quum iam quædam euolarunt, hæ alias præstolantur, donec integrum sit examen aut perfectum. Quod ne auolet, Plinius undecimo Naturalis historiæ alueos melissophillo herba perungēdos monet. Est autem Melissophillon herba, quam nos melissam dicimus, præsij instar folia habens, & citri odorē, thyrso quadrato. Alij pulueris exigui iactu examen item requiescere, ac sedere fatentur, si iactus in altum contingat, & apibus superior eueniat. Quidam eas non euolare credunt si stercus primogeniti uituli, oribus uasculorum alli-

namus. Plinius alueos uite alba cingendos putat lib. 20. cap. 14.

De apibus iam in examine quietandis & denuo excipiendis. Cap. XV.

CVM iam in aere tumultuantur apes, puluere terreo super eas in altū iacto, tinnitu, uel æris seu lebetis attonitas reddimus, ut citius ex propinquo sedeant, quæ si arboris ramum, aut surculum occupauerint, acutißimo ferro leniter incidatur atq; in terram ponatur, & alueolo in hoc parato integatur. Nam sic citra dubiū uniuersim alueoli summum ascendent. Euenit tamen sepiuscule ut non ramo, sed trunco globatim inhæreant, qui nisi maximo impetu incidendus foret: unde uel manu, seu uentilabro, examen restringendum est, ut in alueare incidat. Si arboris attigerint cacumen se suspendentes, alueare uel pertica, uel furcula, in altum durius ad locum eleuetur ut eas excipiat, quod statim inuersum ponatur in terram, ubi non exceptæ quoq;, si rex sinum aluearis occuparit, intrabunt, si minus, nulla manebit, statim priorem sedem occupantes, quæ tum aqua irriganda & uiridis urticis integenda. Quæ si nihil contulerint, lino accenso fumus negotiū perficit. Si item cauum arboris subintrent, foramini quo ianuæ loco utuntur, alueare adponatur, et infra ad caui radicem aliud foramen terebello fiat, ut ex sulphure fumum intromittamus, qui eas in alueare iuxta positum compellat,

pellat, fumo enim nihil in hac re præsentius est. Matricaria quoq; quam genuino odio abhorrent eas de loco ad locum fugat. Matricaria apes fugat.

Quæ optima aluearia.

Cap. XVII.

SCribit Palladius optima esse aluearia, quæ ex suberis sint cortice formata, uel quòd frigoris, uel quòd caloris non admittant excessum. Hinc, ea quæ ex ferulis nectuntur, aut ex uitis nigræ surculis, seu ex salicinis uiminibus extra fimo bubulo illitis, uel ex trunco arboris cauato. Quidam tabulata singulis præferunt, si quadrata sint, & anterius depressa. Fictilia minime probantur, quòd hyeme pluſquam par sit algeant, æstate nimium æstuent, pro magno examine, magna, pro paruo parua: alta uno pede cum dimidio, uel duobus: lata circa duos semisses, aut parum latiora, foraminibus bifariam angustioribus, primò quòd sic uel lacertæ, seu mures minoris incommodi esse queant: uel quòd apes melius in obscuris aut tenebricosis laborare rerum experti testentur.

Qualiter aluearia paranda.

Cap. XVIII.

CVstos apũ alueos à sordib. repurgatos habeat qui rimati si fuerint fimo bubulo, seu luto, uel argilla per biduum aut triduũ ante nouilunii ne papiliones crescãt obturẽtur. Trãstra habeãt duo

quæ

quæ uino intus irrorentur odorifero, aut ſurculis cõfricentur feniculi uiridibus, aut alijs herbis odoriferis, ſeu pauco melle, & piri foliis, aut thymo, uel herba melliſophila. Quidam lactis ſupernatante inungunt pinguedine, aut hydromellite, ut citius immorentur.

Quomodo Apes melle deficiente, cibari debeant. Cap. XIX.

ET quia tempeſtas aeris quandoq; apes in alueolis manere cogit, ne ſolo mellis uſu frui liceat, citiusq; Vergiliarũ exortum præſtolari quæant, citra magnos ſumptus hoc modo cibari debent. Decoquatur ficuum circiter decem numero, in aquæ fontis ſex congijs', & ponatur decoctum in aluearis ſinum, tranſtris aliquot ex ligneolis, quaſi pontibus, ut ſedeant additis. Aut lana præſto ſit carminata, pura, & ex mulſa uuida, cui ſugentes inſideant, ut cibentur, uel uuas paſſas in ſapa maceratas adponimus, aut mellis modicum, cum auenæ granulis, ne alas lambendo tingant. Quidam æſtate nimium ſicca, & flores tollente, nudas gallinarum apibus carnes, ut ſuccum inde, quo nutriantur ſorbeant, fruſtillatim inciſas offerunt, & alij pullos aſſatos.

Qualiter mortuas uitæ reſtituimus. Cap. XX.

QVum ſubito per imbrem in paſtu ſunt apes oppreſſæ, aut frigore ſubito, quod raro fit

ut

ut decipiantur, guttis offensæ iacent prostratæ, tunc colligimus eas in uas aliquod, atq; integimus cinere calido, plusquam tepido, manibus semotis, ac denuo soli iuxta domicilia sua exponimus, & reuiuiscunt ac suos alueos ingrediuntur.

De bello quod Apes quandoq; inter se habent. Cap. XXI.

ALiquando exeunt ad pugnam apes, & inuicem dimicãt uolatu, potißimùm si aluear duos cõtineat reges, sicut pulchrè notatur quũ conglobatæ duas barbas dependentes referunt. Tunc igitur sonus tubarum instar inter eas auditur uolantes, præcipitesq; cadere notantur grandine densiores, uidenturq; reges per medias acies animosi hinc inde, uelut armati milites solent, fulgentibus alis & rostris cominus et eminus certare. Fit autem utcunq; bellum anceps dum neuter uictor alteri credit, tamẽ exigui puluerís iactu, magnus hic animorum requiescit motus.

Qualiter Apes amissæ iterum inueniantur. Cap. XXII.

SI casus dederit ut apes auolarint, Palladius inuestigandi modos pulchre ostendit. Rubricã enim liquidam ad manus habendam docet, uel aliud quid tingens, qua maximè in Aprili ad limpidũ fontem sedentes, apum bibendum aduolantium, festucæ medio, seu pinnulæ, tinganus dorsa, atque sic obseruantes

uantes an citius ſic tinctæ auolantes redeant, uel an tardius iterum compateant. Si enim citius, in uicino eas habere apodia deprehendimus, ſi tardius in longinquo. Ad proxima facile perducimur, ad longinqua hunc modum idem oſtendit Palladius, *Cannæ unum internodium cum ſuis recides articulis, & latere aperies, ubi mel exiguum immittes, & iuxta fontem pones. Cum ad id peruenerint apes, atq; ingreſſæ fuerint, foramen compoſito claudes pollice, atque unam tantum paciaris exire, cuius fugam inſequere, nam partem oſtendet hoſpitij, cum eam ceperis amplius non uidere, cõtinuo alteram emittes, cuius item ſequeris uolatum, ut quoq; partem oſtendat. Et ſic omnes ſubinde dimiſſæ, te ad locum uſq; perducent hoſpitij.*

Ne apes quempiam pungant.

Cap. XXIII.

PLinius *uigeſimo libro, aſparago trito cum oleo perunctum ab apibus pungi negat: & libro 28. percuſſum aliquando à ſcorpione, amplius non poſſe lædi ab apibus firmiter aſſerit, ſed læſo rutæ ſuccum cum uino propinandum docet, atq; folia punctura emplaſtranda cenſet. Vigeſimo primo libro idem ſcribit, apibus cuſpides naturam dediſſe uenenatas, aduerſus quas ſucco maluæ, ſeu foliorum hederæ perungi optimum arbitratur.* Et *23. uinum eſſe remedio tenet, aut decoctum ex folijs lauri bibitum.*

Vigeſimo

Vigesimo quarto libro guttam propolis ex aqua bezoar dicit. Auicenna 2. canone decoctum althcæ cum aceto, seu uino apis punctura salutare existimat leniendo. Qui & quarto canone apes habere dispositiones uespæ proximas ait, nisi quòd aculeum dimittant, unde & ad apum punctura uesparum citamur cura.

Quando & quomodo aluearia sint castranda. Cap. XXIIII.

ALuearia non castranda Palladius Rutilius 9. lib. docet, nisi consideratione facta, an matura sint in ueri mellis prouentum, quod fermè, ut ipse docet, in mense Iunio usu uenit seu ut alij uolunt in fine Augusti, usq; ad mediũ Septembris, Sunt autem certa signa per quæ maturitatem deprehendimus, uelut ea sunt: aluearia cernuntur plena, fucos à fedibus arcẽt, apum sonus est subtilis: Intus, Varrone scribente, conglomeratæ hærent. Et fauorũ foramina quasi membranulis sunt obducta. Modus aũt castrandi talis habetur. Claudatur foramen aluei cum herba ne apes exire queant, & de subtus cum panno molli, uel palea fiat exiguus fumus, qui in superiora aluei compellat apes, ne grassentur. Varro ex Galbano fumum laudat, aut ex fimo bubulo per uas angustioris orthicij. Hinc plicato alueo, cũ subtili cultello recuruo, qui subinde in aqua madefiat, ne cera inhæreat, incidantur faui, demanturq; pro apum iusta tollerantia.

rantia. Quemadmodum enim mellis excedens copia ignauiam infert apibus: sic multum exquisita mellis depopulatio, earum solertiam hebetat & ignauas reddit.

Quid mel sit & qualiter ab alueolis ad usum præparetur. Cap. XXV.

SIquidem à fauis primò mel colligimus, hinc ceram luminis pabulũ: primò quid mel sit & qualiter ab alueolis desumptum ad usum præparetur scribemus. Isidorus igitur mel de rore esse quid li quidi, & quandoq; in harundinum foliis inueniri testatur. Cui fermè Publius Maro his uerbis subscribit: Hactenus aerei mellis cœlestia dona. Alij in India & Arabia salis instar ex arborum foliis colligi docent. Quidam addubitant an sit cœli sudor, aut syderum quædam saliua, uel purgantis se aeris succus. Quicquid tamen est, succus est dulcissimus, subtilissimus, ac Plinio teste, saluberrimus, qui iam primum collectus, uelut aqua limpida est, statim feruescens, ac se purgans ut mustum solet, & denuo uicesimo die in mel ueræ spissitudinis euadens, multum repetibile temporibus Lucanis, post Vergiliarum exortum, Syrio flagrante signo. Mel autẽ hoc modo colligitur, In mense Septembri uel Octobri accipiantur alueuaria, quæ annos habent, ac æstate præterita examina non dederint, quæ supra fumum, aut ex lino, uel ex palea, seu citrino sulphure factum, breue tempus collocentur.

Mel quid.

tur, ut ab imo in ſummum aluearis aſcendant apes. Hinc tranſtra quæ in alueolis ſunt extrahantur, & faui multum conquaſſentur, ut apes uel moriantur, uel auolent, ponaturq; ſic totum aluearis extractum chaos, in aſſerem mundum, ex una parte decliuum: ubi hoc quod ſua ſponte defluet, mel crudum dicetur uel acoeton, alio mellis liquore clarius, & melius. Mel crudum.
Pòſt reliquum in ahenum reponatur, ad ignem ſatis lentum, ut calefiat, abſq; feruore, ſemper tenendo manum in uaſe, ad mouendum de loco ad locum ceram cum melle. Ac ubi calor modicum pungere ceperit manus, ſimul colatorio imponatur tota maſſa, & torculari in hoc parato, portis fiat expreßio: qua facta id quod in colatorio remanſerit, aqua lauetur fontali, ut mulſum extrahatur, ut una opera & mel fiat & mulſum. De quo ſingularis quoq; fiet mentio.

Quod mel optimum habeatur. Cap. XXVIII.

REgiones quædam mellis bonitate tument faſtuoſa, uelut Attica Græciæ, quæ ob mellis præſtantiam toto orbe celebris habetur. Hybla quoq; & Hymetus eiuſdem regionis montes, qui epitheta melli reddunt ut hymetum & hybleum mel uocetur. Creta, Cyprus & Affrica, ut bonitate non ſunt ſpectabiles, ſic mellis redundante commendantur copia. Commendantur item mella nouitate, ut uina uetuſtate, Vernalia, deinde Aeſtiualia, potißimùm

ſi uaſis imum occupant,& pondere præſtant. Mella ex amaris herbis collecta ingrata habentur, uelut in Ponto colliguntur,ubi ex abſinthij foliis apes melliſicant. Alba nigris meliora cenſentur,ſed optima quæ pellucida ſunt,aurei coloris,ſaporis gratiſſimi, glutinoſa & minimè concreſcentia. Statim abrumpi mel fundendo,& reſilire guttas,utilitatis indicium Plinius habet.

De melle uenenoſo,& Cretico melle. Cap. XXVII.

TAntum refert quale ſit pabulum quo apes uiuunt,ut mella quoque uenenata pariat, ſi malum ſit aut uenenoſum. Heracleæ enim in Ponto quibuſdam annis perniciosiſſima euadunt, maximè herba quadam efloreſcente alba quæ iumentorum uexatio eſt,& Aegelothron ab incolis nominatur. His autem ſignis mel uenenoſum eſſe deprehenditur: Omnino non denſatur, color magis eſt rutilus,odorem habet alienum, ſternutamenta protinus mouentem, & innoxio ponderoſius eſt. Et qui hinc guſtant abijciunt ſe humi, refrigerationem quærentes, & ſudore diffluunt, ubi ſtatim aliqua in tantis inſidijs repræſentanda ſunt:uelut mulſum uetus eſt è melle optimo,& ruta,uel ſalſamenta crebrius propinata. Item aliud uenenoſi mellis genus in Ponti ſinu uiget, quod ab inſania quam gignit Neonomenon uocant:id exiſtimatur contrahi flore Rhododendri

quo

quo scatent siluæ. In Creta miraculum mellis produci ait Plinius. Nam in Carina eius regionis monte, nasci mel docet, quod muscæ non attingant, & singulare credatur ad cuiusuis medicamenti compositionem.

De mellis præstantia miraculosa. Cap. XXVIII.

COndimus medicinas quas diutius seruare statuimus melle, mel siquidem à putredine quicquid fuerit tutissimè sua uiscositate præseruat. Vnde ueteres mortuorum corpora, quæ illæsa seruasse per annos nolebant, melle illita sarcophagis dedisse nouimus. Id quod Papinius non indoctus Poëta de Alexandro mortuo his uersibus libro tertio ostendit:

Dux ad Aemathios manes ubi belliger urbis
Conditor, Hyblæo perfusus nectare durat.

Hoc item Plinius habet suæ historiæ uigesimo secundo libro, capite uigesimo quarto: Qui & alibi, Claudio Cæsari in melle Hyppocentaurum ex Aegypto in hunc finem allatum scribit. Ahanæus quoq; uiuos mellis usu putrefactionis quæ morborum minera existit exortes esse posse, testatur: quando Cyrnios, qui Corsicã inhabitãt, ideo Macrobios siue Polychronios hoc est lõgæuos esse testatur, quòd mellis cibo qui frequẽs apud eos est, utũtur assiduè. Quidã Democritũ quẽ melle oblectatũ aiũt, sola mellis anaphora, id est

euaporatione, in annũ centeſimũ nonũ Fati diſtuliſſe diem ſcribunt. Ariſtoxenus Pythagoræ menſam pane ſaltem & melle conſtitiſſe dicit, & tamen in nonage ſimum annum Heraclidæ, Serapionis filio ſcribente, duraſſe conſtat. Mel quoq; inter acrepala numerari compertum eſt, hoc eſt, inter medicinas ebrietatem diſcutientes. Vnde nimirum eſt quòd medicinæ ſcientiæ periti, quando nimio plus uinolentia quempiam, uel uſq; ad Plutonis cancellos grauatũ ſenſerint, primo quidem uomitu alleuiari iubent. Et mox aduerſus euaporantis fumi, ex uini reliquijs uim, panem melle illitum uorandum offerunt, uelut repercuſſo malo, craſſanti ſic remedeatur.

Mel inter acrepala.

Quis uſus mellis in medicinis, Cap. XXIX.

EST mellis uis & natura, exterere, & aperire, & humores in ſummum proritare, Ideoq; ſordidis ulceribus utiliter infunditur, decoctum & impoſitum, ſolutas à continuitate ſua carnes, & hiantes glutinat. Sanantur inde impetigenes inunctæ cum liquido alumine, & pedum claui. Contra incertos aurium ſonitus, & dolores cum trito foſſili ſale, tepidum inſtillatur, pediculos & lendes inunctũ necat. Apelles, ſed non ex circumciſione, in integrum reſtituit, melle emollitis præpucijs præſertim à balneo triginta diebus: purgat quæ claritati oculorum officiunt: medetur & faucium uicijs, & tonſilis, & anginis,

anginis, in quem usum gargarisatur & os colluitur. Vrinam cit, tussi & serpentum morsibus ualet. Prodest & his qui ex papauere optum hauserunt, contra quod malum tamẽ rosatea calidum sumitur. Quin etiam contra fungorum maleficia, et rabidi canis morsus bibendum, aut eclegmate delingendum datur. Crudum tamen omne mel inflat, aluum et tussim proritat, ob quam causam despumato uti oportet. Mel percoctum ualentis quidem ac maximè in nutriendo potestatis est, sed aluũ leuiusculè, minusq; potenter deijcit. Per se, aut cum alijs mixtum, ad pthisim ualet, & omnia pulmonis uitia sanat. Peripneumoniacis datur, & pleuriticis. Et mel in quo apes mortuæ sunt, melli uenenato medetur. In uino potũ mel uiciorum remedium est, quæ gignuntur ex cibo piscium. Gelidis ac humidis temperaturis magis expedit, calidis alienum est, eo quòd in bilem citissimè conuertitur. Galen. scribente lib. 4. simp. med. dist. 3. capite 5.

Mel inflat.

Phlegmat. cõtinet mel.

De potu ex melle quem aquam mulsam uocant. Cap. XXX.

EX pollionis Romuli ad Augustum responso, mulsum ex melle, potum salubrem esse uigorandis corporibus deprehendimus. Interrogante enim Augusto per quid in tot annos suam uitæ periodum corpore semper uigoroso existente produxisset. Respondit, Intus mulso, foris oleo. Est autem

mulsum ex aqua & melle potus, quem Græci μελικρατον dicunt, & quidam hydromel: sicut potum ex mero & melle Oenomel uocamus. Mulsum uel aqua mulsa, anhelitus siue spiritus transitum lenit, uētrem emollit, atq; tussientibus ualet. Longa uetustate transit in uinum, stomacho conuenientissimum, sed neruis contrarium, appetitum amissum reuocat, & contra hiosciami haustum cum lacte asinino bezoar est. Hic autem potus, Aegineta scribente, sic conficitur: Octuplum aquæ melli miscetur, & quo ad nihil amplius spumæ eijciat, decoquitur. Sed, eodem Paulo dicente, bilioſos nihil ferè adiuuat, quoniam in ipsis facile in bilim conuertitur.

Mulsum. Hydromel. Oenomel.

De aqua mellis per destillationem collecta. Cap. XXXI.

AQua mellis prima per destillationem facta quasi nullius emolumenti abijcitur, & secunda cuius color aureus est, atq; sub finem rufa colligitur mulieribus commoda est, ut inde harum capilli flaueſcentes madefacti, præsertim in sole mollescant, uel ut capillorum defluia emendet, atq; oculis tumidis aut lippientibus remedio sit, quorum etiam aquosas discidit caligines, annulos ulceroſos sanando, seu ut locos ægrè ambustos, absq; cicatrice in pristinum reducat habitum. Tertia quæ rufa est, pus expurgat, & saniem in putridis ulceribus si ea lauentur, aut imponantur madida inde linthea, quæ et carnem

Aqua mellis ad quæ.

Aqua tertia.

nem aliâs minime naſcituram producit. Sed quia inter deſtillandum mel inflari & exundare ſolet, quum calefactum eſt, hoc cauetur: cum deſtillatio fit in roſario communi, ſuperimpoſita patella ligneo cribro cum ſetis equinis, ita ut mel attingat, ſed deſtillaturus in cucurbita uitrea, puram & bene lotam harenam admiſcebis, & ignem lentum facies.

De Oenomelite, hoc eſt, uino ex melle condito. Cap. XXXII.

Oenomelitis.

OEnomelitin quod eſt uinum cum melle conditum, Aegineta non ſolum pro ſanitate tuenda, ſed etiam ad conflictus morborum abigendum, ſaluberrimum eſſe potum docet, ut qui uigorem cùm corporis, tum animi, per longam annorum ſeriem trahat. Et Nephritin ſenilem, maximè cum affectione quam ὠοδάγραν uocant, ſi petroſelinon admiſceas abigat. Primas tamen bonitatis Oenomelis habet, ſi ex uetere, & auſtero uino, probatiſſimóq; melle confectum fuerit, minus enim inflat. Nocet à cibo ſumptum, præaſſumptum appetentiam recreat. Conficitur autem Oenomelitis Dioſcoride quinto libro ſcribente, duobus uini cadis & uno mellis permixto. Quidam tamen ut celerius ad uſum abſoluant, mel cum uino decoquunt, ſicq; in uaſa alia diffundunt.

Modus faciendi Oenomelitin.

Modus faciendi ceram ex fauis. Cap. XXXV.

A Fauis melle extracto, faui cũ aquæ iusta mensura in ahenum ponantur ad lentum ignem, donec quicquid est bene calefiat, & diffluat, semper cum ligno studiosè agitando, ne in ahenum propter flammam cera concrescat, & ustulata compareat: pòst in sacculum fundatur totum ciliceum, crassioris fili, & torcularis medio, in situlam in hoc paratam exprimatur, duobus uel tribus aquæ feruentis lebetibus superfusis, ut ceræ fecibus nihil inhæreat, & sic ceram uidebis mundam. Tamen si penitus orbicularem, & mundiorem habere statueris, iterũ dissoluatur, & dissoluta uasi mundo infundatur, atq; ex aqua lota ad solem ponatur, nam sic ualde diu colorata manebit.

Quæ cera probatissima sit. Cap. XXXVI.

CEra luminis pabulum ad innumeros hominum usus ualens, ea habetur probatissima, quæ recens & mediocriter rufa est, leniter pinguis & odorata, cum mellis halitu aliquo, & pura. Nationibus probatur Pontica, & Cretica: post has Corsica, quæ ex Buxo fit, & aliquid medicaminis in se habere creditur.

De

De Ceræ præcio in medicinis. Cap. XXXVII.

CEra est media inter res calefacientes, & infrigidantes, exiccantes & humectantes, Galeno scribente libro septimo simpl. cap. 22. Quæ asperitati confert pectoris, quando illi imponitur cum oleo uiolaceo, & mollificat neruos, & ulcera maturat & resoluit. Cera pisi instar sumpta lac coagulatum in mammis dissoluit. Milij magnitudine decem grana ceræ hausta, non patiuntur lac coagulari in stomacho. Si inguẽ tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est. Et est cera malagmatum basis, & ceratorum, emplastrorum, ac collyriorum fundamentum.

De Propoli, Cap. XXXVIII.

PRopolis eligenda quæ flauo colore odorata, styraci similis, in aridissimo mollis, nec secus quam mastiche, in longum tamẽ trahitur, ductilis. Eligimus autem eam quia incalefaciendo & extrahẽdo maxima est. Surculos enim corpori infixos extrahit, suffitu antiquis tussibus opitulatur, & imposita impetigenes emendat. Est autem propolis fauorum stabilamentum, quo omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, odore etiam usque adeò graui, ut quidam pro Galbano utantur. M. Varro suburbanum uocat, quòd hanc ad foramen introitus apes faciant.

De Cera albificanda Cap. XXXVII.

DEalbatur cera hoc modo. Eligitur in eo genere quæ cãdidior & purior fuerit, derasáq; in ramenta in nouũ conijcitur fictile, mox superinfusa maris aqua quæ satis sit, modico super infuso nitro, coquitur. Cũ bis aut ter inferbuerit, amoto ab igne fictili, eximito, derasisq; si quæ inerũt sordes noua ex mari adfusa aqua, iterũ coquito. Cũq; iterum ut præmonstratum est cera inferbuerit. Fictili ab igne remoto, sumptoq; noui alicuius fictilis fundo, frigida aqua madentem sensim in ceram demittito, paululũ demergẽs, & quatenus ceram contingit summam, ut tenuissima sequatur cera, & celerius per se geletur. Sublato mox fundo illo primum auferto orbiculum, & iterum aqua madentem fundum in ceram dimittito, eademq; omnia facito donec omnem detraxeris ceram, funiculo deinde traiectos orbiculos illos, ne alter alterum tangat per interualla suspendito, inter diu quidem in sole, aqua eos irrorans, nocte autem in luna donec cera albescat. Quod si aliquis ceram uelit candidiorem, omnia pariter agat, sed sæpius decoquat. Quidam pro salsa ex mari aqua, in acerrima muria eodem quo præmonstratũ est modo bis teríe coquunt. Hæc Dioscorides habet lib. 2. de re medica cap. 75. Seruitor uiam non sic anfractuosam, ut ceram dealbemus ostendit, sed multo faciliorem, quam fermè bifariam Paulus Iuardus in

ſuo aromatario tradit, qui ibidē & ceræ rubræ mentionem habet, uelut ſequens caput oſtendet.

Quomodo Ceram faciamus rubeam. Cap. XXXVIII

VT ceram in rubeum tingas, eiuſdem libram recipe unam, therebinthinæ pellucidæ uncias tres, ſi æſtas ſit. Si hyems, uncias quatuor, ea ſimul ad lentum ignem diſſolue, & ſtatim iterum remoue ad infrigidandum parumper, pòſt immiſce cinabrij in marmore bene fricati, & olei ſaporoſi cuiuſuis unciam unam, ſubinde omnia ſimul agitando, bene miſce. Quidā Cinabrij loco minium recipiunt, quod parū commendatur, niſi doſis in triplo accedat. Sic item ceram facimus uiridem, ſi uice cinabrij æris recipimus uiridis triti, eā doſim quam diximus.

Candido Lectori Georgius Pictorius S. D.

SIc habes optimorum authorum flores, candide Lector, per me apum inſtar undiq; comportatos. Tuum erit, ſemota animi caligine hos in noſtri hortuli caſula, ubi copiam apum habemus corraſos læta fronte accipere. Vale Lector amice fœliciter.

RERVM

RERVM FERME OMNIVM QVAE IN NOSTRA *Pantopoleia proſtant,* INDEX.

A

AEtas caprarum 17
Aetas porci 18
Abrenes piſcis 34
Abſinthus 78
Abſynthium 45
Abrotanus 49
Accipenſer 37
Accipitris decoctum ad matricem 25
Achates uiſum corrigit 77
Adamas 76
Alauda uentrem ſtringit decoctum 31
Alcuzet pennæ tollunt den Krampff 24
Aliaſa 82
Allium 54
Aluearia quæ optima 107
Aluearia qualiter paranda 107
Aluearia quãdo & qũo ſint caſtranda 111
Amethiſtus læthargum pellit 77
Amphiſebena ſerpens 41
Anas 26
Andromedonta 79
Anguilla 37
Aniſi ſemen 56

Anſer palmipes 26
Anſeris pinguedo tumorem curat 26
Apes amiſſæ qualiter iterũ inueniãtur 109
In ponto apes albæ 101
Apes an trahant anhelitum 97
Apes citra naturæ legem naſcuntur 96
Apes cur tubæ dicantur 95
Apes Erichtonij inuentum 95
Apes imperfectæ 96
Apes in quem locum collocandæ 101
Apes inſecta animalia 93
Apes melle deficiente quando cibari debe ant 108
Apes mortuæ qualiter uitæ reſtituantur fol. 108
Apes ne quempiam pungant 110
Apes lapidibus ſe grauant 98
Apes quando excludant 95
Apes quas res maxime fugiant 103
Apes quæ incolumes 101
Apes quibus ſignis ægrotare cognoſcantur 103
Apes quis primo educare potuerit 94
An apes ſanguinem habeant 97
Apes unde tubæ dicantur 95
Apum cornua 95
Apum cuſtos qualis eſſe debeat 104
Apum delectus quis ſit 99
Apum generatio 95

Apum magna ſolertia 98
Apum pugna 109
Apum pugna quo medio ſedari poſsit 111
Apum rex ſine aculeo 99
Apum reges duplices 99
Apum regis dominium 99
Apum utilitas magna 97
Apibus oleum obeſt 94
Apibus quatuor alæ 94
De apibus quietandis & denuo excipiendis 106
Apibus quando mederi queamus 103
Appium tumorem pellit 48
Appium uictoris planta 48
Appium unde dictum 48
Apri cerebrum contra uenena 8
Apri fel contra ſtrumas 8
Apri fimus ad quid 8
Apri iecur lethargos pellit 8
Apri ueſica lecti inhibet mictum 8
Aqua 65
Aqua mellis ad quæ 118
Aqua mellis per deſtillationem collecta 118
Aqua mulſa 117
Aqua tertia mellis 118
Aquila auium prima 24
Aquilam non tangit fulmen 24
Arabia longas habet lacertas 20

Aranei ſtamina ſanguinem ſiſtunt 92
Arbuta 60
Ariſtoxenis Pythagoræ menſa 116
Argentum 67
Argentum uiuum 68
Argenti ſcoria 68
Argus pennas pictas pauoni dedit 24
Armenus lapis 78
Artemiſia abortiuum pellit 50
Artemiſiæ inuentrix Diana 50
Asbalus canis ſemper cum domino fuit fol. 19
Aſinus à frigore læditur 15
Aſini ætas 16
Aſini lotium calculum frangit: ſtercus ſanguinem ſiſtit 16
Aſini caro lepram emendat 16
Aſini Archadici longæui 15
Aſpidis morſus immedicabilis 42
Aſtura 34
Atilus 36
Attriplex ſacris ignibus medetur 52
Auellana 60
Auena 58
Aurata piſcis 37
Aurum ad quid 67
Aurum hoſpes uenerandus 67
Aurum quibus in fluuijs fundatur & quot fol. 67

Auri inuentum quibus tribuatur 67
Auſter fœminas parit 17

B

Bachora piſcis 34
Balena 34
Baſiliſcus 42
Berillus 79
Bethonica ueneni antidotum 48
Bezoar lapis 77
Boa 43
Borago dentibus antidotum 48
Bubali uulua contra cicutam, fimus ad ſciaticam 9
Bugloſſa memoriam confortat 51
Bugloſſa miris malis ſubleuat 51
Butyrum 63

C

Caepæ quibus proſint 54
Cærifolium tineas necat 50
Cærifolio uis ignea ineſt 50
Calcophanus 82
Capus 28
Cameleon 6
Cameleontis hepar ad Nigromantiã. Cor ad quartanam confert 6
Camelus 100. complet annos 13
Camelus in occulto coit 13
Camelus turbat aquas 13
Cameli dens fluxui medetur 13

Cameli urina aluum impeditam ſoluit 13
Cancer 37
Canis Lyſimachi cum domino combuſtus fol. 18
Canes euomere docuere 19
Canon de uinis 66
Capparis 47
Capra pulegio gaudet 17
Capræ cornu 17
Capræ hepar ad quid 17
Capræ per aures anhelant 17
Caprarum ætas 17
Capras lanoſas Cypria habet 17
Caprinus caſeus contra apum ictum 17
Carbunculus 79
Caſeus caprinus contra apum ictum 17
Caſtanea 60
Caſtor ædium ſtructor 10
Caſtor unde dictus 10
Caſtoreum quid 10
Caſtoreum contra morbum caducum & lethargum 10
Caulis Romana 46
Chelidonius lapis ad quæ 28
Cheionites 83
Chryſolitus 79
Cenchris 42
Cete 34
Cera piſi inſtar lac diſſoluit 121

Ceræ præcium in medicinis 121
Quæ cera probatiſsima ſit 120
Cera quomodo ex fauis fiat 120
Cera quando albificanda 122
Cera quod rubea reddatur 123
Ceraſa 59
Ceraſtes 41
Cerauneus 84
Ceruus ex antris ſerpentes trahit 4
Cerui acutiſsimi auditus 4
Cerui annoſi fiunt 5
Cerui cornua uſta, epilepticis proſunt 4
Cerui cor uenenis medetur 4
Medulla rigorem febris tollit ibid.
Cerui luxurioſi 4
Cerui pullos erudunt 4
Cerui ſenectus ex dentibus colligitur 5
Ceruus ſibi medicus 4
Cerui uoces hominum & fiſtulas amant 4
Cicer 57
Ciconia pietatis exemplar 27
Ciconia pro Deo uenerata 27
Cinis ex cerui cornu dentes curat. 5. limatura ex cornu contra lumbricos, uirga contra uenena ſumitur ibid.
Coluber 41
Conger 34
Cos gemmarum princeps 90
Coriandrum 56

Corneolus 81
Cornix 32
Cornu capræ 17
Corulus 83
Cerui oua ad quæ 31
Corui pes tussim sedat 30
Coturnix nociua 17
Cristallus 85
Crocodilus fugientem fugat 11
Crocus 62
Cumini semen lumbos fortificat 56
Cydonia 59 & 60
Cygnus uesicam expurgat 25
Cynnamomum 62

D

DAmæ stercus ad quid 5
Damarum stercus caluitiē tollit, fel facit fœcundas 5
Delphinus 35
Democritus melle oblectatus 116
Dens homini suspensi 2
Diana Artemisiæ inuentrix 50
Draco 41
Draconites 76

E

EChine 35
Echinus coco gratus 36
Elephas annos ducentos complet 5

Elephas in propatulo non coit 5
Elephas triennio uterum gerit 5
Equi in Ponto optimi 14
Qui equi dominos suos luxerint 15
Equi qui optimi 15
Equi ut agiles reddantur 15
Eruca tussim pellit 45
Esox 39
Examina quãdo exitura sint, & ne auolent cautelæ 105
Exebenus 78

F

FAba 57
Fel apri 8
Fel elephantis caducum morbum sanat 6
Fel ursi precordijs ualet 6
Feniculi semen 56
Ficedula 31
Ficus 59
Flogmus 79
Formica matricem mundat 21
Formicæ oua Venerem augent 21
Fucus quid 96
Fuci quando expellendi 105

G

GAgates 86
Galazia 83
Galli calcar dat uictoriam 30

Galli criſta lecti mictum inhibet 30
Garatides 80
Gobius 35
Granarij index 57
Grillus contra calculum remedium 32
Grillus quartanis medetur 31
Grillus retrogradus 32
Grus pro cibo non utilis 30

H

Haematites 86
Hæmorrhoides 41
Hepar capræ ad quid 17
Hepheſtites 86
Hericis iecur icteritiam ſanat 12
Hiacinctus 87
Hippocrates 49
Hiena ſine ſemine ex collo naſcitur 9
Hiena per annos ſexum mutat 9
Hienæ cor coxendicæ medetur, fel oculos ſanat 9
Hienæ lapis 9
Hienæ linguæ utilitas 9
Homo cunctis præſit 2
Homo ex elementis conflatur 1
Homo medicus 2
Homo paruus mundus 1
Homo uerbo meatus 2
Hydromel 118

Hyrundo 28

I

Iaculus ſerpens 42
Iaſpis 87
Ignem leo timet & Gallum 2
Inſecta non ſpirant 97
Iſcultus 80
Iuniperi baccæ 57

K

Kakabrates 81
Kikenes 96

L

LAc 63
Lac canis diureticum eſt 19
Lacertæ ſanguis uiſum clarificat 20
Lactuca ſtomacho utilis 46
Lampreta 39
Lapis Iudaicus 81
Lapis lacteus 81
Lapis molaris 89
Lapis Quadratus 82
Lauri baccæ 57
Lens 57
Leopardus uino gaudet 3
Leopardi cerebrum matricis duriciem curat 3
Leopardi ſeuum lentigines tollit 3
Leopardum animalia amant 3
Leo rex animalium 1
Leo ſeneſcit, quia cholericus ferus eſt 3

Leonis pellis contra fulmen 3
Lepus hermaphrodytus 10
Leporis cerebrum ad quid 10
Leporis cor quartanam pellit 11
Leporis esus formosum facit 10
Leporis pulmo oculis prodest 10
Lepores candidi 10
Lichinus lapis 85
Limax 38
Lingua Hienæ 9
Locusta marina 35
Loligo 35
Lucerna piscis 38
Lucius 35
Lupinus 57
Lupus esuriens terram comedit 7
Lupi corium ad quid 7
Lupi dexter oculus audacem facit 7
Lupi testiculus mæcham rectificat 7
Lupi uisus 7
Luscinia cantrix 31
Lymurius lapis ad quid 12
Lynces Nyloticæ mammosæ 12

M

MAcer herbarum scriptor 52
Mala 59
Mala punica 60
Maluæ flos 49
Marrubius 45

Matricaria apes fugat 107
Medus 87
Megaris 35
Mel quid sit, & qualiter, ab alueolis ad usum præparetur 118
Mel quod optimum 113
Mel creticum 114
Mel crudum 113
Mel inflat 117
Mel uenenosum 114
Mellis prestantia miraculosa 115
Mellisophilon 47
Memphis 77
Menas 34
Menta 46
Mergus ad quid 31
Merulus 31
Mespila 60
Miluus cucullum amat 28
Miluus famem prædicit 28
Modus faciendi ceram ex fauis 120
Modus faciendi Oenomelitin 119
Molochetes 87
Mugil 35
Mulier rixosa, herba amara 52
Mulier rixosa ex hortis eradicanda 51
Mulieris rixosæ uenusta descriptio 2
Mulus 36
Muli corium sordida abstergit 16

Muli ungula ſteriles facit 16
Muli ungula mures abigit ibid.
Mulſum 118
Murena bis ſenos partus gerit 36
Muris decoctum urinam commouet 14
Mures maximi in Oriente 14
Murix 36
Muſtela medica 20
Muſtela Rutæ uſum docuit 20
Muſtelæ pellis ibid.
Muſtelæ ore concipiunt, & aurib. pariũt 20
Myropolij contenta 61

N

Naſturtij ſemen 55
Natrix 41
Nepa 42
Nepeta ſiue Nepta 50
Neptam Græci Calamintham uocant 50
Nerantia poma 61
Nux communis 60
Nux muſcata 62
Nux pinea 60
Nux pontica ibid.

O

Oculata piſcis 39
Oenomel 118. & 119
Oleum oliuarum 63
Onix 88
Origanum 82

Oriza 58
Orphanus 82
Osiris taurus 14
Ossa leonis silicis instar dura 2
Ostrea 38
Oua 64
Oua corui ad quæ 31
Oua formicæ 21
Oua tremula 64

P

PAderus 42
Palumbes ad quæ 29
Palumbes bis saltem parit ibid.
Papauer & eius semen 56
Papinius 115
Passer uix annum complet 27
Passeris cerebrum Venerem excitat ibid.
Pauoni Argus pennas pictas 24
Pellis mustelæ 20
Penna de uppupa contra sodam 30
Perca 38
Perdix Sodomitica luxuriosa 20
Perdix uoce mariti audita concipit 26
Persica 59
Phasianus stomachum confortat 24
Phœnix thure uiuit 85
Phlegmaticis conuenit mel 117
Phoca 35
Pinea nux 60

Piper 62
Pira 59
Piſces 34
Plantago hydropiſin tollit 48
Plantago maior 48
Plinius 51
Plinius ſibi contrarius 102
Plumbum 68
Poma Nerantia 61
Pontica nux 60
Porcus marinus 36
Porcus ſpurius 18
Porci ætas 18
Porci fimus ſanguinem ſiſtit 11
Porci pars ſexta cibi in ſetas 18
Porci ſanguis mundificat ibid.
Porci ſtercus ſanguinem ſiſtit ibid.
Porcelli 20. uno partu ibid.
Porrum 49
Pentulaca 45. & 50
Potus ex melle 117
Preſter 42
Propolis 121
Pruna Damaſcena 59
Pruna ſylueſtria 61
Pſittacus loquitur 31
Pulegium 49
Pulmo uulpis contra tuſsim 11
Pumix 85

Punica mala 60

Q

QVandſus 83
Quirites lapis 83

R

RAna uates 21
Rana contra dentium dolores, contra tuſſim, ad ſacrum ignem, contra pediculos ſumitur 22
Rapæ obæſum reddunt 54
Raphanus dentiũ, oculorũ, & capitis hoſtis ſol. 54
Rex apum ſine aculeo eſt 99
Regis apum dominium ibid.
Reſponſum Pollionis Romuli 118
Rheubarbaricum radix præcioſior auro 54
Rheuponti 55
Ruta febri medetur 46
Ruta uenenum occultum reſecat 46

S

SAbina tollit uertiginem 49
Sal 63
Salamandra ignem extinguit 20
Salamandræ uiſus uenenoſus ibid.
Salmo 37
Salmo omnib. orbis piſcibus præfertur 38
Saluiæ uſus nobilis 47
Samius lapis 83
Sanguis acceptum facit 2

Sanguis tumori medetur 3
Sanſucus 47
Saphirus 88
Scaurus 37
Scorpionis remedia contra ictus 43
Selenites 89
Semen Aniſi 56
Semen ſinapi 56
Semen urticæ 55
Seminum uirtutes ibid.
Seps 42
Serpillum capitis dolores ſedat, ducit uri nas, & menſtrua purgat 48
Sicilia capras lanoſas habet 17
Silurus piſcis 38
Sinapi ſemen quando ſumendum 57
Situla 43
Smaragdus 88
Sorba 60
Spelta 58
Spinachia herba 46
Spinachia piſcis 37
Spongia lapis 85
Stella marina 37
Stellio 42
Stercus equinus mortuos fœtus excludit 15
Stercus porci ſanguinem ſiſtit 18
Stincus crocodilum necat 21
Sturia ab Auſtro cibatur 37

Sturnus 32

T

TAlpæ ſtercus medetur Alopeciæ 19
Taranta 43
Taurus Oſiris 14.
Tauri ætas ibid.
Tauri fel oculis confert: ſanguis podagram iuuat ibid.
Taurinum cornu ſerpentes fugat ibid.
Taxi pinguedo renes curat 7
Topazius 89
Trachius 84.
Trebius 37
Turcoi 84.
Turdi ſtercora pannum emendant 29
Turtur incineratus fluxum ſiſtit 28
Turturis ſanguis oculis prodeſt 28

V

VAria uini genera 65
Ventus ſeptent. parit maſculos 17
Verbena uulnus curat 51
Veſpertilio 27
Vrticæ ſemen tuſsim medetur 55
Vinum quod optimum 65
Vinum album ibid.
Vinum boraginatum 66
Vinum enulatum ibid.
Vinum dulce 65
Vinum ex hiſſopo 66

Vinum ex melle conditum 119
Vinum roris marini 65
Vinum saluiatum 66
Vino quæ sit uirtus 65
de Vinis canon 66
Vitulus marinus 38
Vppupæ lingua memoriã auget 30
Vri descriptio 12
ex Vri cornibus pocula 13
Vrina contra morsum canis 2
Vrina tauri ad morsum serpentis 14.
Vrsæ partus omnis instar 6
Vrsæ catuli somno crescunt ibid.
Vrsi fel ad quid ibid.
Vrtica 36
Vua passa 61
Vuæ 60
Vulpes fœmina felle ligat maritum 12
Vultur non parit marem 29

X

Xenocrates de Coriandro 56

Z

Zinguites 84.

FINIS.

BASILEAE PER HENRICVM PETRI, ANNO M.D.LXIII.
Mense Martio.